



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

JOANNIS
TRITHEMII
ABBATIS SPAN-
HEYMENSIS, &c.

De
SEPTEM SECUN-
*deis, id est, intelligentiis, sive Spiritibus
orbes post Deum moventibus.*

LIBELLUS,

*Multa scitum digna, mira brevitate in se com-
pletens arcana,*

IMP. DIVO MAXIMILIANO
Aug. Pio, sapienti dicatus, ex Archetypo
anno 1545. conscriptus, & denuo
editus.



ARGENTORATI,
SUMPTIBUS LAZARI ZETZNERI,
Anno M. DC. XIII.

IOANNIS TRITHEMI ABBATIS SPANHEYMENS. Libellus de intelligentiis consti-
tibus, orbes post Deum gubernantibus.

Veretur sententia est plurimorum, sa-
pientissime Cæsar, mundum hunc in-
feriorem ordinatione p̄imi intelle-
ctus, qui Deus est, per secundas intel-
ligentias gubernari, quorum opinioni conci-
liator assentiens Medicorum dicit, septem Pla-
netis, spiritus septem à principio cœli & terræ
præfectos. Quorum unusquisque mundum
annis gubernat trecentis quinquaginta qua-
tuor mensibusque exordine quaternis. Huic
positioni complures viri doctissimi hactenus
præbuere consensum. quam ego non aſſe-
rendo, sed referendo dūntaxat fa-
cio tuæ Maiestati Sacratiss.
manifestam.

PRI-

PRIMUS Angelus siue spiritus Saturni vocatur Orisiel, cui Deus mundū à principio creationis gubernandum cōmisit, cap. tq; regimen illius 15. diemensis Martij, anno mundi primo, et duravit annis 354. mensibus quatuor. Orisiel autem nomen est officij, non naturæ, spiritui ratione actionis attributū, sub cuius regimine homines fuerunt rudes & agricoli, morte bestiarum in solitudine conundentes. Quod mea non indiget probatione, cum ex extro Genesios omnibus sit manifestum.

SECONDUS mundi gubernator est Anael, spiritus Anaeli Veneris, qui post Orisielem regere caput suis influximus Planeta, anno mundi 354. mense quarto, hoc est 24. die mensis Iunij, & mundū gubernauit annis 354. mensibus quatuor, usq; ad annum orbis conditi 780. macculans ipsas etatē. Sub huius regimine Anaelis homines coepérunt esse cultiores, domusq; cōstruere & urbes, artes invenire manuales, opus extirpāti, lanificiū, bisq; similia, carnis quoq; voluptabus per amplius, indulgere, uxoresq; sibi pulchras assumere, Demōblevisci, & à naturali simplicitate in malum recedere, ludosq; cantilēas invenire, cibara canere, & quicquid ad Veneris perinet rationē & cultum excogitare, duravitq; ista in hominibus lascivia vita ad diluvium, sumens argumentū praevaricatis sua.

TERTIUS Zachariel Angelus Iovis mundum cœpit gubernare, anno creationis Cœli & Terre, 80. mense 8. hoc est, 26. die mensis Octobris, &

Zach

2 DE SEPTEM SECUNDEIS
gubernavit mundū annis 354. mensib. quatuor, usq;
ad annos conditi orbis 1063. inclusivè. Sub cuius mo-
deratione homines primum sibi Dominum in alter-
num usurpare cœperunt, venationes exercere, ten-
toria facere, & corpora variis indumentis ornare,
factiq;
est magna inter bonos malosq;
divisio, bonis
invocantibus Deum, sicut Enoch, quem transtulit
Dominus, malis autē post carnis illecebras discurren-
tibus. Cœperunt etiam homines sub huic Zachariæ-
lis regimine magis civiliter vivere, legesq;
pati ma-
iorū, māsuescere à feritate priori, sub eius quoq;
du-
catu. Adam primus homo fuit mortuus cuncta poste-
ritati relinquēs testamentū necessario moriēdī. Va-
ria deniq;
hoc tēpore adinventiones hominū & artes
emerserūt, sicuti historiographi clarissimi expresserūt.

Raphael.

Quartus mundi rector fuit Raphaël, spiritus Mer-
curyi, qui cœpit anno creationis cœli & terra 1063.
February die 24. & præfuit annis 354. mensibus qua-
tuor, & duravit eius dominiū usq;
ad annos mundi
1417. & mensem quartum. Hisce temporib. scribaria
primo fuit inventa, & literæ primo ad modū seu for-
mam arborū atq;
plantarum excogitata, quia tamen
postea cum tempore & cultiore sumpsere ornatū, &
caracterū facie ad suū gentes arbitriū mutaverūt.
Musicalium quoq;
instrumentorū usus sub regimen
huius Raphaëlis multiplicari cœpit, & mercantiarū
primum fuit commutatio per homines ad inventa.
Navigandi quoque rudis audacia his temporibus
primo fuit præsumpta, & alia id genus multa.

Quintus

☿ ♉ ♀ ♀ ♌

A 18	A 19	A 20	A 21	A 22	A 23	A 24
b 19	b 20	b 21	b 22	b 23	b 24	b 25
c 20	c 21	c 22	c 23	c 24	c 25	c 26
d 21	d 22	d 23	d 24	d 25	d 26	d 27
e 22	e 23	e 24	e 25	e 26	e 27	e 28
f 23	f 24	f 25	f 26	f 27	f 28	f 29
g 24	g 25	g 26	g 27	g 28	g 29	g 30
h 25	h 26	h 27	h 28	h 29	h 30	h 31
i 26	i 27	i 28	i 29	i 30	i 31	i 32
k 27	k 28	k 29	k 30	k 31	k 32	k 33
l 28	l 29	l 30	l 31	l 32	l 33	l 34
m 29	m 30	m 31	m 32	m 33	m 34	m 35
n 30	n 31	n 32	n 33	n 34	n 35	n 36
o 31	o 32	o 33	o 34	o 35	o 36	o 37
p 32	p 33	p 34	p 35	p 36	p 37	p 38
q 33	q 34	q 35	q 36	q 37	q 38	q 39
r 34	r 35	r 36	r 37	r 38	r 39	r 40
s 35	s 36	s 37	s 38	s 39	s 40	s 41
t 36	t 37	t 38	t 39	t 40	t 41	t 42
u 37	u 38	u 39	u 40	u 41	u 42	u 43
x 38	x 39	x 40	x 41	x 42	x 43	x 44
y 39	y 40	y 41	y 42	y 43	y 44	y 45
z 40	z 41	z 42	z 43	z 44	z 45	z 46
W 41	W 42	W 43	W 44	W 45	W 46	W 47

Attribuimus septem Planetis alphabeta singula ex numeris post duodecim signa restantibus. Et nota quando in oratione litera geminatur, non scribitur bis eius numerus, sed semel & superius punctuatur.

Q q

Sextum & ultimum Polygraphiae nostra librum ad calcem Deo miserante perduximus, in quo cum scellis errantibus sermonem concludentes, in certis letorem punctis praeponemus. Primo, ut quotiens alphabeto utitur cuiuslibet signi vel planetæ, characterem sive notam eiusdem prudenter apponat, gemina utilitatis gratia. Per hoc enim nimius labor auferatur amico Lectori, & manebit in secreto mysterium, dum industriae quicunque ignarus, tabulam numeris scriptam & signorum vel planetarum characteribus praenotatam ad Astronomia rationem pertinere putabit, & nihil penitus mysterii latere suspicabitur. Nam ea de causa non ab unitate materia officialem literis, sed a distante suscepimus, ne suspicionis notam alicui præberemus. Prudentia nihilominus adhibenda est scriptoribus, quoniam Lector astutus, qui de suspicione latentis tangitur, si officium unius numeri deprehenderit, totum alphabetum facile supputabit. Secundo memento quisquis huic rei cupis esse sagax operator, ut quotiens in dictione qualibet litera geminatur, ut sepius fit, non scribatur nisi semel & superius punto notetur. Ut exempli gratia volo de alphabeto arietis scribere Ioannes, non duplico 18. quod est n, sed scribo sic 14. 16. 7. 18. 10. 23. vel abbas. 6. 7. 6. 23. Ioannes, abbas, ut omnis nota suspicionis auferatur. In similibus cautela est simili agendum, quia nisi operator sit industria præditus, noveritque ex parvis invenire maiora, non erit idoneus.

neus cui hac minima nostra debeant aperiri. Non
passim omnibus omnia sunt communicanda, maxi-
mè quorum ad bonum & malum est convertibilis
usus. Eanos consideratione rationabiliter moti, plu-
ra in his sex Polygraphiæ libris volentibus scire ma-
nifestè tradidimus, sed multo plura sub manifestis
arcana latere permisimus. Clavem denique totum
enucleantem opus conscripsimus, quemadmodum
sit in singulis metaphoris intelligendum, quam ta-
men quorundam consilio domi latere jussimus, ut
studiosis materia non desit exercendi memoriam, &
reprobis auferatur causasciendi ea, quibus beneu-
ti non sunt voluntarii. Latent in singulis passibus
plura mysteria, & quanto ex his maiora inveneris,
tanto restant ampliora invenienda. Via paratur
incipientibus, in qua proficientibus non erit diffici-
le successu temporis invenire multa & rara & ma-
xima. Hic discet Latinè scribere, qui nesciebat, &
cuncta voluntatis sue mysteria sermone prudenter
involvere peregrino. Verum ut non suarantum in-
telligere queat mysteria, quæ involvit idiota, sed a-
pertum quoque sermone cuius eatus semper fu-
it ignarus, negotium est non magni laboris, si para-
phrastes nostram in hoc volumine fuerit plenè
assecutus intentionem. Latent enim sub cortice nu-
clei Steganographiæ nostre justa ratione sepulti,
ne blatternibus patescant indignis. Opera de-
nique fuerat precium ut opus alterum alteri non

Qq 2

preindicaret, sed jus suum unicuique distribueretur
 inviolatum. Anchoram post longam navigationem
 fatigati hic, salo sub nomine Iesu Christi Salvatoris
 fidelium infirmius vice sima prima die mensis Mar-
 ty, Anno Dominicanae nativitatis, millesima quingen-
 tesimo octavo, iudictione Romanorum undecima
 Paepoli Francorum orientalium civitate, quam
 & Wurzburg & Heripolim
 vocant.

F I N I S.

putabantur. Videlicet Phonoreus, qui leges & judi-
cias primus apud Græcos instituit, Sol, Minerva, reis.
Ceres, Serapis apud Aegyptios, & alii complures.

Ordine undecimo Raphaels spiritus Mercurii iterum mundi regimen suscepit prima die mensis Iulii anno mundi 3543. mense 4. & prefuit annis 354. mē-
sibusq; ad annum creationis Cœli & terræ 3897.
& 8. mensem. His vero temporibus, ut clare patet ex
veterum historiis, homines sapientie operam magis
dederunt, inter quos fuerunt ultimi clarissimi viri
Mercurius, Bacchus, Omogyrus, Isis, Inachus, Argus,
Apollo, Cecrops, & complures alii, qui suis inventio-
nib. & mundo tunc profuerunt & posteritati. Varie
quog; his temporib. superstitiones in cultura idolo-
rum per homines fuerunt institute, incantationesq;
& artes imaginum diabolicarum mirum in modū
audet, & quicquid subeilitatis & ingenii Mercurio
ex more attribuetur, tunc temporis augebatur. Mo-
ses Hebraorum dux sapientissimus, multarum re-
rum & artium peritus, veri & unitus Dei cultor,
Hebraorum populum à servitute Aegyptiorum in
libertatem vindicavit. Hoc etiam tempore Ianus in
Italia primus regnavit, post quē Saturnus, qui ster-
core agros pinguari docuit, & pro Deo habitus fuit.
Circa hoc tempus Cadmus literas Grecas invenit &
Carmentis filia Evandri Latinas. Deus omnipotens
sub regimine huius Raphaels Angelis Mercurii le-
gē populo suo per Mosen dedit in scriptis, quæ Christi
futura nascitutati in carne testimonium reddit ma-
nifestum

Phona-

Raphael

Moses.

Ianus.

Cadmus
inventor
literarum
Græcarum.Legis di-
vine enu-
cleatio.

nifestum. Mirabilis quoque in mundo religionū fuit suborta diversitas. Multæ quoq; his temporib; flauerunt Sybilla, propheta, Arioli, Aruspices, Magi, Vates, ut Sybilla Erythrea, Deifica, Phrygiaq; cum ceteris.

Dodecimo autem ordine mūdū denuo regere cœpit Samael Angelus Martis. 2. die mensis Octob; anno mundi 3892. mense 8, duravitq; regimen eius annis 354. mensib. 4. usq; ad annos 4252. Sub cuius regimine fuit magnum illud ac fumosissimum excidiū Troianū in Asia minore, factaq; est Monarchia multorumq; Regnorū admiranda mutatio & mul-
 Excidium Troianum. tarū de novocivitatū institutio, ut Parisiensū, Mo-
 guntia, Carthaginis, Neapolis, & aliarū multarū.
 Parisius. Multa etiam regna de novo fuerunt exorta, ut La-
 Moguntia. cedemoniorum, Corinthiorum, Hebreorum & cō-
 plura alia. Maxima fuerint his temporibus in toto
 mundo bella & prælia Regum & gentium, variegatū
 Venetorū mutationes Imperiorum. Veneti ab hoc tempore ex
 origo. Troianis cōputant initiu & gentis sua & urbis. Et
 notandum, quod es alienationes plurimam in Eu-
 ropa quā in Asia suā prætendūt originē se sumpsiſſe à
 Troianis, quib; tantū accommodare fidei duxi, quā-
 tū ipsi veritatis mihi sufficienti testimonio poterunt
 persuadere. Frivolasunt que afferunt de suanobili-
 tate & antiquitate, volentes palā gloriari, quasi nō
 fuerint in Europa gentes, ante Troianorum excidi-
 um, nullusq; inter ipsos Troianos ignobilis. Item sub
 huīus planetæ imperio Saul primus Indeorum fa-

Eius

Et uest Rex, posteaq; Daniel, cuius filius Rex Salomon, templum Dei veritato famosissimum in mundo in Iherusalem construxit, hinc spiritus Dei prophetae suos ampliore lumine gratis & illustrans, non solum de futura incarnatione Domini Salvatoris, sed & aliam multam praedicere fecit, ut sanctae testantur historiae inter quos fuerunt Nathan propheta David Regis, Gad, Asaph, Achias, Semeias, Asarias, Anan cū plurib. aliis. Homerus Poeta Grecus Trojani scriptor excidit, Dares Phrygius, Dictis Cretensis, qui excidio ipsi interfuerunt. & similiter desirantur, suisse legitur his temporibus in humanis.

Homerus

Ordine tertio decimo, Gabriel spiritus Luna denudo regimen mundi suscepit 30. die Januarii anno ab origine universi 4252. et praeuit imperio suo annis 354. mensib. 4. usq; ad annum mundi 4606. & mensem 4. Isto autem tempore plures apud Hebreos claruerunt prophete, Elias videlicet, Helisenus, Micheas, Abb. us. & alii complures. Erantq; varie regni Hebreorum mutationes. Lycurgus iura & leges dedit Lacedemonis. Capetus Sylvius. Lyberius, Sylvius Romul^o Sylvius. Præcas Sylvius, Numitor, Itala Reges sub his usus moderamine spiritus florerunt, plura etiam regna sub eo nova sumpererunt initia, ut Lydorum, Medorum, Macedonum, Spartanorum & aliorum. Monarchia Assyriorum in Sardanapalo defecit. Similiter et regnum Macedoniorum consumitur. Varie hominib. impositae sunt leges, & veri Dei cultus negligitur. falsorum deorum religio nimis propagatur. Vrbs Roma sub imperio brivis sp-

Hellas.

Helisenus.

Lycurus.

Oceanus

Monar-

chiz Aliy-

tiorum.

10 DE SEPTEM SECUNDEIS

ritus construitur anno 1484. qui fuit annis regimini-
nis ipsius Gabrielis in ordine 239. defecitq; regnum
Septem sa-
piētes Greci
temporibus Thales, Solon, Chilon, Periander, Cleo-
bolus, Bias & Pittacus sc̄ptē sapientes in Græcia cla-
ruerunt, & ex hinc philosophi & poetae in precio ha-
beri cœperunt. Imperavit autem Romæ primus ur-
bis conditor Romulus annis 37. fratricida & cultor

Romulus:
Numa
Pomp.
Ezechias.

seditionis. Post quē Numa Pomp. annis 42, qui cultū
Deorum ampliavit, tempore Ezechie Regis Iudeo-

Nabuchodono-
rum magna in pace regnū continuit. Circa finē gu-
bernationis huius spiritus Lune Nabuchodonosor
Rex Babylonie Hierusalē capuit, & destruxit Sede-
chiah Regē, & omnē populū abduxit captivū. Hiere-
mias propheta claruit, qui hoc prædictit excidium.

Scdechias
Hieremias.

Similiter & ex Babylon futuram liberationem.

Proptertia Ost Gabrielēta 14. imperiū mundi iterū assumpit
Michael spiritus Solis qui cœpit prima die mensis
Maii, anno mundi 4606. mense 4. rexītq; mundū in
ordine suo annis 354. usq; ad annum conditi orbis
4960. & menses 8. In tempore huius regiminis Evil

Evil.
Merodach Rex Babylonis libertatem & regē populo
restituit Hebraorū, ad directionem Michaelis, qui,
ut Danielscribit, pro populo stetit Iudeorum, cui à
Deo fuerant commissi. Itē hisce tēporib. Monarchia

Persarum
Monar-
chia dele-
vit Affyri-
orum.

regni cœpit Persarū, cuius Rex primus Darius, &
secundus Cyrus regnū illud Babylonie potentissimum
in dieb. Balthasar, (ut Daniel & propheta predixer-
ū) funditus destruxerūt. Claret his temprib. Cu-
māna

Quintus gubernator mundi fuit Samael. angelus Martis, qui cœpit 26. die mensis Iunii, anno mundi 1417. gubernavit mundum annis 354. mensibus 4. usq; ad annum 1771. menscm 8. Sub cuius regimine Mars in natura homines fuerunt imitati. Item sub moderatione huius Samaelis, diluvium fuit universale, anno mundi 1656. sicut ex Genesio clare patescit historia. Et notandum, quod veteres tradididerunt philosophi, quoties Samael spiritus Martis rector est orbis, rotas Monarchie notabilis alteratio surgit. Religiones variantur & sectæ, mutantur leges, principatusq; ad extrancos transferuntur & regna, quod ex historiis per ordinem facile possumus invenire. Vt rū non statim à principio regiminis Samael hunc manifestat sui moris affectū, sed postea quā gubernationis sua medium excesserit quod idem de aliorū planetarū spiritib. est intelligendum, ut in his historiis patet, qui omnes secundum proprietates nature astrorum suorum, influunt & operantur ad inferiora mundi bus.

Sextus mundi gubernator Gabriel Angelus Luna, Gabriel qui cœpit post Samaelem Martis, 28. die mensis Octobris, anno mundi 1771. mensc 8. et gubernavit orbem, 354. annos, menses 4. usq; ad annum mundi, 2126. His temporibus rursus multiplicati sunt homines, & varias condiderunt urbes. Et notandum, quod Hebrei dicunt diluvium factum, anno mundi, 1656. sub regimine Martis. Sed septuaginta interpretes Isidorus & Beda confirmans illud factū, anno 2242. sub

10 DE SEPTEM SECUNDEIS
ritus construitur anno 1484. qui fuit annis regimi-
nis ipsius Gabrielis in ordine 239. defecitq; regnum

Septem sa- Sylviorum Italie, & Romanorum incepit. His etiā
pietas Grecie temporibus Thales, Solon, Chilon, Periander, Cleo-
bolus, Bias & Pittacus sc̄pt̄ sapientes in Gracia cla-
ruerunt, & ex hinc philosophi & poetae in precio ha-
beri cœperunt. Imperavit autem Romae primus ur-
bis conditor Romulus annis 37. fratricida & cultor

Romulus: Numa Pomp. Ezechias. seditionis. Post quē Numa Pomp. annis 42. qui cultū
Deorum ampliavit, tempore Ezechie Regis Iudeo-
rum magna in pace regnū continuit. Circa finē gu-
bernationis huius spiritus Luna Nabuchodonosor

Nabuchodonosor - Rex Babylonie Hierusalē capuit, & destruxit Sede-
sc̄echias chā Regē, & omnē populū abduxit captivū. Hiero-
mias propheta claruit, qui hoc prædictit excidium.
Hieremias. Similiter & ex Babylon futuram liberationem.

Post Gabrieliens 14. imperiū mundi iterū assumpsit
Michael spiritus Solis qui cœpit prima diemensis
Mali, anno mundi 4606. mense 4. rex itq; mundū in
ordine suo annis 354. usq; ad annum conditi orbis
4960. & menses 8. In tempore huius regiminis Evil
Merodach Rex Babylonis libertatem & regē populo
restituit Hebreorū, ad directionem Michaelis, qui,
ut Daniel scribit, pro populo stetit Iudeorum, cui à
Deo fuerant commissi. Itē hisce tēporib. Monarchia
Persarum regni cœpit Persarū, cuius Rex primus Darius, &
Monar- secundus Cyrus regnū illud Babylonie potentissimum
chia dele- in dieb. Balthasar, (ut Daniel & prophetæ prædixer-
vit Affri- rūt) funditus destruxerūt. Clarec his temprib. Cu-
manæ

QUINTUS gubernator mundi fuit Samael. angelus ³ Samael
 Martis, qui caput 26. die mensis Iunii, anno mundi
 1417. gubernavit mundum annis 354. mensibus 4. usq;
 ad annum 1771. mensim 8. Sub cuius regimine Mars
 in natura homines fuerunt imitati. Item sub moder-
 ratione huius Samaelis, diluvium fuit universale, an-
 no mundi 1656. sicut ex Genesio clare paretur his-
 toria. Et notandum, quod veteres tradiderunt philoso-
 phi, quorū Samael spiritus Martis rector est orbis,
 toties Monarchia & nobilis alteratio surgit. Reli-
 giones variantur & sectæ, mutantur leges, princi-
 patusq; ad extraneos transferuntur & regna, quod
 ex historiis per ordinem facile possumus invenire. Ve-
 rum non statim à principio regiminis Samael hunc
 manifestat sui moris affectū, sed posteaquam gubernationis
 suæ medium excesserit quod idem de aliorū
 planetarū spiritib; est intelligendum, ut in his historiis
 patet, qui omnes secundum proprietates naturen-
 trorum suorum, inserviunt & operantur ad inferiora
 mundi huius.

SEXTUMUNDI gubernator Gabriel Angelus Luna, Gabriel
 qui caput post Samaelem Martis, 28. die mensis
 Octobris, anno mundi 1771. mensi 8. ex gubernavit or-
 bem, 354. annos, menses 4. usq; ad annum mundi, 2126.
 His temporibus rursus malisplacata sunt homines,
 & varias considerunt urbes. Et notandum, quod He-
 brei dicunt diluvium factum, anno mundi, 1656. sub
 regimine Martis. Sed septuaginta interpretes Isido-
 rum & Beda confirmant illud factū, anno 2242. sub

4 DE SEPTEMBER SECUNDE IS
gubernatione spiritus Lune Gabrielis, quod & mihi
veritati magis videtur consentaneum multiplicatio-
ne, quam exprimerem non est praesentis temporis.

Michael.

Septrimus mundi gubernator Michael fuit, Ange-
lius Solus, qui caput 24 Februarii, anno mundi se-
cundū cōmunem supplicationem 2126. & gubernau-
vit orbem annis 354. menses quatuor, usq; ad annum
atatis mundi, 2480. mensis. 4. Sub Angeli Solis re-
gimine sicuti historie consonant veritati Reges in-
ter mortales primum esse cœperūt, inter quos Nem-
rotus primus libidine dominādi super socios imperiū
tyrannidis invasit. Cultus quoq; Deorum stultitia
hominum institutus fuit, & tenues suos adgravare
principes ne Deos cœperunt, Varietatem artephoc-
tēpore per homines fuerūt inventa: scilicet Mathe-
matica, Astronomia, Magia, & unius Dei cultus
diversas cœpit exhiberi creaturis, & veri cognitio
Dei per superstitionem hominum in oblivione pa-
latinum devenit. His quoq; tēporib. Architectura in-
venta est, & cœperunt homines politiorib. uti & mo-
ribus & institutis.

Octavo de hinc ordine rursus Oris et Saturni An-
gelus, mundum gubernare cœpit 26. die mensis
Iunii, anno ab origine mundi 2480. menses quatuor,
annisq; 364. & mensibus quatuor, orbem secundavi-
ce gubernavit, usque ad annum mundi 2834.
mensēq; octavum. Sub huius gubernatione Ange-
li, multiplicata sunt gentes, divisa terra in Regio-
nes, instituta multa regna, Turris Babel conſtru-

cta,

Regum
erigo.

Motola-
trix sca-
turig.

Et a linguarum facta confusio, homines in omnem sunt terram dispersi, cœperūt q̄ homines terram accuratis colere, agros instituere, frumenta serere, vias plantare, arbores infodere, & quicquid ad vivum vestitumq; pertinet, diligenter acquirere. Ab isto tempore primum inter homines fieri cœpit nobilitatis discretio, quando viri & moribus & inge-
nio reliquos excellentes insignia gloriae à majoribus terre pro meritis suscepserant. Hinc primum orbis totus in hominum notitiam devenire cœpit, cum ubique multiplicatis gentibus, & multa oriebant re-
gna. & variae sunt linguarum differentiae subsecuta.

Nono autem ordine mundum rursus gubernare inchoavit Anael spiritus Veneris 29. die Octo-bris, anno creationis Cœli & terra 2834. mense 8. & præfuit annis 354. mensibus 4. usq; ad annum mundi 3189. His temporib. homines Deum verū obliuione idolo-
thadentes, mortuos & eorum statuas pro Deo colere latrice in-
& honorare cœperūt, qui error plus quā duob. millib. cremerunt.
mundū occupavīt annis. Introducentes curiosos cor-
poris ornatus, & varia genera musicalium instru-
mentorum, homines rursus libidinem & voluptate
carnis nimium prosequunti sunt. statuas quoq; & templa diis suis homines hinc temporib. instituentes &
dicantes. Incantationes & maleficia temporibus istis fuerunt excogitata per Soroastrem Bactriano-
rum Regem primum, (& alios diversos) quem Ni-
nus Rex Assyriorum in bello superavit.

Decimo ordine Zachariel Angelus Iovis iterū gu-
bernare cœpit ultimo diemensis Februarii, anno

6 DE SEPTEMBER SECUNDE IS
conditionis Cœli & terræ 3189. & gubernavit annis ex
more 354. menses 4. usq; ad annum mundi ipsius 3543.
& mensem 4. Hac leta fuere tempora, que vere au-
rea dici potuerunt, in quibus omnium rerū copia, &
Promissa humanæ generi humano incrementū contulit, & maximum
budiānz Salutis te- orbi dedit ornatū. Similiter hoc tēpore Deus Abra-
tauratio. ha, legē circumcisionis dedit, & generis humani Re-
demptionē per unigeniti sui incarnationem primo
pollicitus est. Sub huius regimine spiritus Patriarchæ
infundatores institi & claruerunt, & justi ab impiis
sunt propria voluntate & opere divisi. Claruit his e-
tiam temporib. apud Archadiam Iupiter, qui & Li-
fania Cœli, & Dei Filius, Rex, qui primus leges Ar-
chadi. Iupiter Rex Ar- chadiz. chadib. dedit morib. multū fecit esse civiles, Dei cul-
tū docuit, tēpla construxit, instituit Sacerdotes, &
multa generi humano procuravit utilia, propter
quæ & Iupiter ab eis dictus est, & post mortē pro Deo
habitus. Duxit autem originem ex Heber filiis, scili-
cet Ierari, quem admodum historia sonant. Prome-
theus etiam filius Athlantis sub huius Angelī regi-
mine dictus est fecisse homines, propterea quod ex ru-
ribus efficerit doctos, humanos, mansuetos, & mo-
ribus scientiāq; politos, imagines arte fecit sese mo-
vere. Usum annuli primus excogitavit, sceptrum
diademaq; & insignia Regalia similiter invenit. Cla-
ruerunt & alii Ioviani his temporib. homines sapiē-
tissimi viri & mulieres qui suo ingenio multa generi
humano utilia inventa tradiderunt, & propter
magnitudinem sapientiæ mortui inter Deos telati
putaban-

manā Sybilla, quæ nōq̄ē libros Tarquinio Prisco Re-
gi precio coemendos proposuit, inq̄ib⁹ futurorum
series avisamentorum & ratio continebat q̄r totius
Reip⁹. Romanorū. Verū cum Rex denegaret
prætium, tres primos libros Sybilla eo vidente exus-
sit, pro reliquis sex idem prætium postulabat: Quod
cum ille rursus denegasset, alios quoque tres ignis tra-
dedit comburendos, quod & de ul̄mis fecisset, nisi
Rex suorum consilio persuasus, eos ab interitu dato
prætio redemisset, quod pro omnibus fuerat postula-
tum. Item Romani ubrogatis Regibus duos per an-
num cōsules constituerunt. Phaleris tyrannus Sici-
liam i⁹ temporib⁹ occupat. Magia quoq̄, tempori-
bus istis apud Reges Persarum magnō in prætio fuit:
Pythagoras philosophus & multis ali⁹ apud Gracos Pythago-
ras.
iunc flomerunt. Templū Hierosolymis & civitas re-
edificatur. Esdras prophetalibros Mōsi cōbustos à Esdras.
Chaldeis, qui & Babylonī fuerunt dicti, memoria
i⁹ usus pro Archetypo reparavit. Xerxes Rex Persarum Xerxes.
exercitum adversus Gracos duxit, sed parum profe- Roma ca-
pitur.
cit. Roma capitetur, incendiatur & destruetur à Gallis,
capitolio dūntaxat excepto, tūtato ab anserē, pugi-
les lassos suscitante. Atheniensium bella famosissima
i⁹ quoq̄, temporib⁹ fuere. Socrates & Plato philo- Socrates.
Plato.
sophi tunc temporis vixerunt. Romani iterum abro-
gatio consilibus, Tribunos & Aediles instauerunt,
fueruntq; his temporib⁹ multis calamitatib⁹. invi-
lues. Alexander quoq̄, Magnus post regimē Michae- Tribuni
Aediles.
Alexander
Magnus.

R r

Persarum
monarchia
destruēta.

lis exactum in Macedonia regnavit. Monarchiam Persarum in Dario destruxit, & suo imperio totam Asiam cum parte Europæ subiugavit; vixit annis 33. imperavit annis 12. mensib. 5. post cuius mortis infinita bella fuerunt subsecuta, & multa mala, & divisione est Monarchia in 4. Apud Hebreos pro sacerdotio summo cōcertari cōpīū est. Regnū Syriae inchoatur.

Post Michaelē ordine dec. mo quinto, jam tertio spiritus Saturni Orifiel, regimen orbis assumpsit, ultima die mensis Septembris, anno conditionis universi 4960. mense 8. & praeferit annis 354. mensibus 4. usq³ ad annum mundi 5315. Sub cuius regimine bellum cœpit Punicum inter Romanos & Carthaginem. Urbs Roma per ignem & aquam penitus quasi consumpta fuit. Colossus imago fusilis æra pedum 126. terramoto corruit. Uno hic anno pax fuit Rom.

Bellum
Punicum.
Rox ca-
lamitas.

post bellum Punicum, qui in 440. annis nunquam sine bello fuerunt. Hierosolyma cum templo incendiatur & destruitur per Antiochum, & Epiphanem. Machabæorum historia & bella geruntur. His temporibus anno ab orbe condito 606. Carthago destruitur & arsit per dies 17. continuos. In Sicilia 70000.

Antiochus
Epiphanes

Carthago.

Multa
portenta.

Mithrida-
tes.

servorum contra dominos suos conspiratio fuit. Magna iis temporibus portenta videbantur in Europa, animalia domestica fugere ad nemora, sanguis fluxit, igneus è cælo globus cum fragore miscuit. Mithridates Rex Ponti & Armeniae per annos 49. bellum gessit cum Romanis. Regnum Hebreorum restitutur

tur, quod interruptum fuerat annis 575. à tempore
 Zedechieusq; ad Aristobolum. Item Germani theu-
 tones invaserunt Romanos, & post multa prelia fe-
 runtur victi, ac 160000. imperfecti, præter innumerabili-
 iles, qui se cum domesticis interfecerunt sub Caio.
 & Manlio consalibus. Multi nihilominus Romano-
 rum per eos antea fuerunt deleti. Denique bella ci-
 vilia, que annis duraverunt 40. Romanos valde at-
 triuerunt. Tres Romæ Soles apparsuerant, nec diu
 sed mox in unum redacti sunt. Pauculos post annos.
 Julius Caius Cesareus Romanorū usurpavit imperium,
 quod Octavianus Augustus post eum ampliavit, &
 Asiam, Africam & Europam in unam Monarchiam
 adunavit. Imperavit autem annis 36. per quem
 Deus pacem orbi contulit universo. Anno a condita
 urbe 751. Octavianus Cæsar Augusti 42. Oris-
 tis sp. ritus Saturni regiminis prescripti anno 245.
 intense 8. vicesimo quinto die mensis Decembris. JE-
 SU S C H R I S T U S Deifilius ex Maria Virgi-
 ne in Bethlehem Judeæ natus est. Nota quām pul-
 chra divinæ providentiae ordinatio. Mundus enim
 sub Orisfilis regimine primo creatus est, & sub ter-
 tio quoq; misericorditer redemptus, instauratus &
 renovatus, ut huic descriptioni regimini mundi se-
 ptemspirituum planetarum fidem non modicat ana-
 ta factorum consonantia ministrare videatur. In pri-
 mo enim regimine Orisfilis, una totius mundi fuit
 Monarchia, sub secundo (ut supra diximus) in mul-
 tos fuit divisa. Iterum sub tertio, ut cernitur, in uni-

Theutoni-
ca clades
adversis
Romanos

Tres Soles

Romæ vi-
fx.

C. Julius
Cæsar.

Octavia-
nus Au-

gustus

Emanuel
Iesus Christus
nasci-
tur.

14 DE SEPTEM SECUNDEIS
ratem revocata, licet, si recte metiamur, manife-
stum etiam sit in secundo regimine Orisielis. unam
totius mundi fuisse Monarchiam, cum turris con-
strueretur Babylon. Ab hinc regnum Iudeorum abla-
tum est, victimæq; & iuge sacrificium cessaverunt,
ne restituetur Iudeis libertas, ante tertiam revolu-
tionem Michaelis spiritus, hæc q; fiet post Christi na-
tivitatem anno 1880. mense 8. hoc est anno mundi
7170. mense 8. Christianam religionem ijs tempori-
bus multi Iudaorum & gentilium assumpserunt sim-
plicissimis atq; rusticaniis prædicantibus, quos non
Christianæ feligionis incremen- institutio humana, sed Dei spiritus illustravit. Ad
tum. primam simplicitatis innocentiam mundus tum re-
vocari coepit, utrobig; spiritu Saturni Orisiele ipsum
gubernante. Mixtas sunt cælestia terrenis, multi e-
tiam Christianorum, profide quam prædicabant, à
mundi Rectoribus crudeliter imperfecti. Circa finem
regiminis Orisielis Hierusalem per Romanos destrui-
tur, & Iudei in omnē terrā disperguntur, imperfectis
struitur undeclies centū millibus & venditis 80000. reliqui
fugerūt, & sic Romani Iudeā penitus destruxerunt.
Ordine 16. post Orisielem Anael spiritus Vene-
ris regimen totius mundi tertia vice resum-
psit, ultimo die Ianuarij. Anno conditionis Coeliq;
terra 5315. à Christi vero nativitate 109. & guber-
navit orbem annis 354. mensibus 4. usque ad annos
mundi 5669. menses 4. Dominica vero Nativitatis
in carne 463. Et notandum, quod penè toto tempore
istius regiminis Angeli Veneris, Christianorum Ec-
clesia

Iudeorum
libertas

Christianæ
feligionis

incremen-

tum.

Iudea de-

struitur

undeclies

centū

millibus

& venditis

80000.

reliqui

fugerūt

sic Romani

Iudeā

penitus

destruxerunt

.

clesia in persecutionibus floruit & prevaluit infinitis hominum milibus profide Christi occisis. Hæreses denique plures his temporibus in Ecclesia pullulare cœperunt, quæ non sine labore & sanguine bonorum virorum cum tempore fuerunt extinctæ. Multi clauerunt iis temporib. viri in omni genere scientiarum doctissimi & eloquentissimi Theologi, Astronomi, Medici, Oratores, Historiographi & iis consimiles, non solum inter gentes, sed etiam apud Christianos. Cessavit tandem persecutio infidelium adversus Ecclesiam, posteaquam Constantinus Cesar Magnus fidē assum-
 psit, anno mundi 5539. post medium regiminis ipsius Anaelis Angeli Veneris, quamvis etiam postea in par-
 refuerit aliquoties per impios turbata, mansit tamē multo tempore in toto quietissima. Ex hinc genus hu-
 manū, quod à tempore Nini Regis circa idolorū cul-
 turas per annos 2300. misericorditer erraverat, ad unius Dei cultus reformatum.
 Artes varia subtilitas his temporibus auctæ sunt, &
 per convenientiam naturæ Veneris ornatum sumps-
 erunt incrementum. Mutantur enim hominum cum tempore mores, & corpora inferiora secundum influentiam superiorum disponuntur. Mens quidem libera est, & influentiam astrorum non suscipit, nisi primum, quod cum corpore habet, commercium se inclinando agit, ut etiam commaculatum. Angelis enim qui motores sunt Orbium, nihil eorum quem natura constituerit, destruunt vel subversunt. Cometa in sol re magnitudinis Constantini mortem praecessit.

Rr 3

Artiana
heresis.

Cruces in
vestibus.

*Arriana heresis multis in locis turbavit Ecclesiam
sanctam in fine huius regimini, tempore Juliani Ca-
esaris cruces apparuerunt, in linois vestib. hominum.*

*In Asia & Palestina secuta sunt bella, pestilentia &
fames in istis locis, in quibus cruces apparuerunt. Hu-*

*queq, temporib. circa annos Domini 360. Franci in
Germania sumpserunt initium, qui postea Galliam
dev. istantes suo nomine vicitam Franciam nunc-
pavere. Ita scriptio Franciae fuit magnitudine longa*

*Moguntia
metropo-
lis Franco-
niorum olim.
et lata, cuius Metropolis Moguntia, nunc vero Her-
bipolis sola. Bavari, Suevi, Rhenenses, Saxones,
Thuringi, & circumstii Pontificatus magnam bode
partem Franciae in Germania occupant. Item anno*

*Inclinatio
Romani
imperij.
Gothorum
Vandalor-
um.
Hunnorū
irrupcio-
nes.
gubernationis huius Anaelis 280. Romanum inclina-
ti capit imperium, cum arbs capti fuit a Gottis &
incensa, sede prius imperiali sueb Constantino in
Graciam translata, quod initum fuit, & causa to-
tius inclinationis Monarchie. Nam circa finem hu-
iis regimenti Anaelis surrexerunt Radagisus, Ala-
ricus, Athaulfusq, Reges Gottorū. Item postea Gen-
serius Vandalorum, Athla quoq, Hunorum, qui
totam Europam pervagantes, imperium miserabi-
liter laceraverunt, ut in historiis patet.*

*P*ost Anaelim ordine 17. Zachariel spiritus Jovis
regimen universale tertia vice resumpsit prima
die Junij, anno mundi 5669. mense 4. Dominica vero
Nativitatis 463. mense 7. & praeuit annis 354. men-
sibus quatuor, usque annos mundi 6023. mensemq,
8. Domini autem 817. Multi his temporibus amore
philoso-

philosophiae Christianae, sese ad Eromum contulerunt, multa etiam apparuere portenta, Cometes, terræmotus, pluvia sanguinis. Merlinus in Tumbe natus miranda prædixit in principio huic regimini. Arcturus quem vulgo Arcum appellant, Rex Britannæ famosissimus barbaros vicit, pacem Ecclesiæ reddidit, multa prælia victor gessit, fidè Christi ampliavit, Galliam totam, Noruegiam, Daciam & multas provincias suo imperio subiugavit. Erat omnium sui temporis Regum gloriaeissimus, qui post multa egregia patrata, nusquam comparavit, multis annis expectatus à Britonibus redire, de quo mirabiles olim Mimi cantilenas ediderunt, quo regnante, Anglia in flore fuit, cuicunque denare regna servierunt. Hisce temporebus monachorum in Ecclesia Dei ordinis cœperunt multiplicari. Théodoricus Rex Gothorum Arrianus totam Italiam possebat, Boetium consulem occidit. Erant omnia perturbatione plena, imperium similes Ecclesia, Zenon & Anastasius Imperatores Arriani in Oriente, Théodoricus & sui successores in Italia, Honorius Rex Vandalorum in Africa tyrannidem exercebant non parvam. Clodoveus tandem Rex Francorum in Gallia factus Christianus & Goths superavit & pacem rebus imposuit, licet non ubiq; terrarum, tempore S. Benedicti, anno Christianorum quingentesimo, vel circa in principio regimini huius Angeli Bacharielis Jovis, cuius est proprium spiritus, imperia mutare & regna, quod in hac revolutione factum, multipliciter historiæ de-

Cometes,
terræmo-
tus, pluvia
sanguinis.
Merlinus.

Arcturus.

Ter denæ-
regna ser-
vierunt
Arcturo.
Monacho-
rum ordi-
ne Boetio.
Pefurbata-
tus status
Ecclesie &
imperij.
Clodove-
vens Rex
Francie
bonus.

clarent, & quod ipse facere non potuit Raphaeli An-
 gelo Mercurij successoris suo faciendū in Carolo Frā-
 corū ordinavit; Multa enim regna sub his 350. an-
 nis defecerunt; Gothorum, Vandalarum, Burgūdio-
 rum, Longobardorum, Thuringinorū, Alemanno-
 rum, Bavarorum, & alia complura. Justinianus Im-
 perator primus Rēmpub. legibus ornavit pulcherri-
 mē. Viri sub Zacharie clarissimi plures floruerūt,
 Justinianus templum S. Sophiæ 400. turrim Con-
 stantinopoli extruxit. Imperium bipertitum, confu-
 sum, & turbationibus plenum crebris fuit. Signa
 multa his apparuere temporibus, ut est reperire in hi-
 storiis. Cosdrāi Persarum Rex Hierusalem cœpit,
 quem Eracleus postea occidit, Machomet Arab Sar-
 acenorum sectam introducit hisce temporibus cir-
 ca Christi annum 600. per quam imperium Roma-
 num in Asia extoto jam cernitur ablatum. Dagobertus Rex Francie Anglos, qui tunc Saxones dice-
 bantur, superans interfecit. Notandum quod fides
 Christiana paulatim ab hinc in Asia & Africa cœpit
 deficere sub intrante secta Saracenorum, que jam
 totum pœnū mundum fœdavit. Circa annos Domini
 774. cruces apparuerunt in vestibus hominum, &
 non diu postea divisum est imperium Romanorum,
 facta translatione Monarchie ad Francos in Caro-
 lum, qui eripuit de interitu Ecclesiam & imperium,
 & gessit prælia multa, Nomen sub eo Westgallorum
 in Saxoniam post victoriam cœpit.

Octavo

Interitus
 multorum
 regnorū.
 Iustinianus
 Imp.
 gloriae li-
 terariz
 emporiū.
 Templum
 S. Sophiæ.

Cosdrāi.
 Macho-
 met.

Dagober-
tus.

Notabile.

Carolus
 Imp.

Octavo decimo loco post Zacharielem Iovis Angelum, Raphael spiritus Mercurii mundi gubernationem terrae suscepit, 2. die mensis Novembris, anno conditionis universi 6023. mense 8. Dominica vero nativitatis 817. & prefusis orbi 354. mensibus 4. usq^z ad annos mundi 6378. Dominica vero 1171. In principio huius revolutionis Monarchia Romani imperii sicut diximus, in Carolum Magnum translata est. Post Carolum filius eius Ludovicus imperavit annis 25. Quo mortuo, filii eius interficimicantes, Imperii vires ruisus extenuarunt. Normanna Galliam devastarunt. Romabis fœderatur à Saracenis, Sub Ludovico secundo sanguis pluit è Cælo in Italia per triduum. In Saxonia villa quedam cunctis omnibus ad ficiis & hominibus in momento absorbetur hiatus terre horribili. Circa Domini annos 910. motus in Italia facti sunt magni, defecitque Italia ab imperio Francorum. propriosq^z sibi constituit Reges, quorum primus fuit Berengarius Dux Foroliu*s*, cui sepius per ordinem successerunt, annis fermentè quinquaginta, usq^z ad imperii translationē in Germanos. Factusq^z fuit primus imperator Otto, ex hinc Monarchiareformari coepit, cui filius Otto, & nepos Otto in imperio successerunt, sub quibus convertuntur Hungari ad Christianorum fidem. Otto autem tertius sine liberis mortuus, Electores imperii post se instituerunt, anno Christianorum 1002. sicuti permanent usque in presentem diem. Hierusalem verò capitur à Sarracenis. Portenta multa sunt

Translatio
Rom. imperij ad
Frances.

Sanguinis
pluvia-
Casinati-
cus terro-
in Saxe-
ria.

Translatio
Rom. imperij in Ro-
manos Ot-
tones imp.
Hungaro-
rum cùver
fin ad fidem
christi.

Electorum
Principia
origo.

Rr 5.

Henricus
primus
fundator
Bamber-
gensis Ec-
clesie.

Trer Soles
in Orien-
te.

*vixi in Caelo, aere, terra, mari & aquis. Octone ve-
ro tertio mortuo, Henricus primus principium ele-
ctione successit, imperavit annis 20. qui Bamber-
gensium Ecclesiam fundavit & moriens uirgo una
cum uxore Kunigunda miraculis corucauit: post
quem Conradus eligitur primus Dux Francorum,
& imperavit annis 20. Item Gotfridus Comes de
Bulien terram sanctam, & Hierusalem de mani-
bus infidelium recuperavit. Ante finem revolutionis
multa signa & portenta visa sunt, & parvo et apso
tempore gens Tartarorum egressa de sinibus suis,
multa imperio Romano fecit mala, fames, pestilen-
tiae & terramotus imperio fuerunt. Soles tres in O-
riente visi sunt totidemq[ue] Luna, anno Domini 1153.
Fridericus primus Barbarossa dictus imperare, co-
pit, & imperavit annis 33. Cuius imperii fuit initium
an. Raphaelis 336. Multa gessit magnifice, vires im-
peri dilatavit, & multa bella feliciter gessit, cuius to-
pore nono Egiani & Lituani ad fidem Christi con-
versi sunt.*

NOstro decimo ordine imperium mundi uniuersa-
le sumpfit tercia vice Samael spiritus Martis,
tertio die Martii, anno mundi 6378. & gubernavit
annis 354. menses 4. usq[ue] ad annos mundi 6732. mense
4. Domini vero 1525. Sub cuius regimine multa in
orbeterrarum bellaque fuerunt, quib[us] infinita hominu[m]
millia perierunt, & regna quamplura pristinos ter-
minos amiserunt. Inter Fridericum Imperatorem
primum, & Romanos proceres discordia multa fue-
runt

runt & prælia magna, & Romanorum multa milia
perierunt. Dictus Fridericus Mediolanum funditus
subvertit. Leodium destruitur. Hierusalem à Sar-
racenis iterum capit. Imperium Tartarorū om-
niū hoc tempore in Orbe maximū his temporib. iniū
sumpsit, feceruntque in mundo plagam maximā,
nec cessant. Post Fridericum Henricus filius eius ad
Imperatorem eligitur. Quo mortuo, scisma confun-
dit imperiū sub Philippo & Ottone, & secuta sunt
in finibus Germania prælia multa, Argentine, Co-
lonia, Leodii, Vvormatiae, Spiræ, & in totore regno.
Mendicantium secta his temporibus instituitur,
anno Samaelis 40. vel circa. Vnde certam est omnia
providentia fieri. Sarraceni multa prælia adversus
Christianos: in Asia & Africa gesserunt. Constanti-
nopolis capit. à Germanis, & Balduinus Flandriæ Nota.
Comes Imperator instituitur. Ex Alemanni pueri
plus quam 20000. à pyratis merguntur in mari, qui
vano spiritu seducti se terram sanctam recuperatu-
ros dicebant. Ex Hispania coadunati pastores peco-
rum nulli Parissim accedentes, bona clericorum ra-
puerunt, populo congratulante. Sed cum manus in
Laicorum extenderant bona, necatis sunt. Anno
Christianorum 1212. Fridericus secundus eligitur,
imperavit annis 33, qui multa contra Ecclesiam e-
git. Anno 1238. Eclipsis & terra motus continuimul-
ta hominum millia oppresserunt. Frisia quoque per
maritimos fluctus penetota submersa fuit & perie-
runt plus quam 100000. hominum. Tartari Hunga-
riam devastant atque Poloniā. Armenia majori
Tartarorū irrupcio-
nes.
Rumores
bellorum.
Fidei defe-
ctio.
Seditio ad
versus Cle-
rum.
Eclipsis &
terre mo-
tus.
Tartarorū
impetus.

prius, & multis superatis regionibus. Anno Christia-
 norum 1244. quidam Iudeus apud Toletum fo-
 diens, librum invenit, in quo erat scriptum: in tertio
 mundo Christus nascetur de virginine Maria, & pro
 salute hominum patietur, mox credens baptizatus
 est tertius mundus. Tertia Soturni spiritus revolu-
 tio fuit, de qua supra dictum est, in cuius principio
 Christus fuit de Virginenatus. Romani Pontifices
 Abrogatio imper. Frieder. Rudolphus de Habsburg.
 dixerunt, usq; ad electionem Rodolphi Comitis de
 Habsburg inter reges constituentes, Principium e-
 lectione, primo Henricum Comitem de Schwartz-
 burg Thuringum. Vilhelnum Comitem Hollandie.
 Conradum filium Friderici. Alphonsum Regem
 Castellae & Richardum Comitem Cornubiae fratrem
 Regis Angliae, & multiplicata sunt mala in terra.
 Hoc tempore circa annos Domini 1260. Suitensium
 confederatio primum coepit, gens parva numero,
 quemcum tempore crevit & multos nobilium altos
 interfecerunt, alios de finibus fugarunt, viri bell-
 cosi, quorum Republ. nota est omnibus Germanie
 populis. Anno Christianorum 1273. Rudolphus de
 Habsburg electione Principum Imperator consti-
 tutur, & imperavit annis 18. vir per omnia prudens
 & optimus, de quo Duces Austriae omnes postea de-
 scenderunt. Tartari terras Christianorum, Constan-
 tinopolim & Graeciam invadentes, multa damna
 Christianis intulerunt. Saraceni multas in Asia ci-
 vitates occupant, & plus quam 4. centies Christiano-
 rum

Suitensiū
 confede-
 ratio.

Ducum Au-
 striae origo

Nonnulli
docti hic
putant ma-
iorenum nu-
merum ad
dendum.
Adolphus
de Nassau
Rex.
Albertus
Imp.
Ordo Tem-
plariorum
destrutus.
Carolus 4.
Bohemie
Rex. Imp.
Terrae mo-
tus.
Telonea.
Caroli fili-
ceslaus Im-
perator.
Dogma
Hussit.

norum interficiunt. Rudolpho mortuo, Adolphus de Nassau in Regem electus est, & imperavit annis 6. quem Albertus filius Rudolphi postea superans in bello juxta Vuermatiam occidit & Imperator ele-
ctus fuit anno 1298. imperavitq; annis 10. & a fratribus filio interficitur. Odo Templariorum iussu Clementis Papæ quinti destruitur. Insula Rhodus per Christianos de manibus Sarracenorum capta est, anno 4. obsidionis & belli contra eos continui. Alberto per nepotem occiso, Henricus 8. Imperator constitutus, Comes Lucenburgensis, qui imperavit annis quinque. Quo mortuo Ludovicus quartus Bavariae imperat annis 32. incipiens anno 1315. cui Romani Pöfices coronam dederunt. Fridericus Dux Austriae se opposuit, sed ab eo superatus est. Post Ludovicum Carolus quartus Bohemia Rext, Imperator constitui tur, qui Episcopatum Pragensis in Archiepiscopatum erexit, imperavit annis 31. Terræ motus maxi- mis fuerunt. Hic Carolus multa circa Telonia de novo instituit in favorem Principum Electorum. Guntherus Comes de Schwartzenburg, se Regem appellitans Carolo Imperatori opposuit, sed nibilis Vven- adversum prævaluit. Post Carolum filius eius Venceslaus imperavit annis 22. post quem Iodocus Marchio Moraviae successit Sigismundo Vences- lai germano. Venceslaus fuit depositus. Leupoldus dux Austria cum 8. Comitibus & plus 4000. à Suis- tensibus in bello dimicans occisus est. Sub Vences- lao Bohemorum Rege, & Imperatore dogma Hussi- tarum

tarum initium sumpfit. Quo deposito, Rupertus Comes Palatinus Rheni Bavariae^q, dux fuit electus, & imperavit annis 10. Anno Domini 1369. Sarracenis bellum induxerunt Christiani, sed male successit propter arrogantiam Gallorum, qui plus quam 100000. nostrorum occubuerunt præter captivos, inter quos fuit Ioannes Burgundiorum Dux, multa fuerunt his temporib. bella. Anno 1407. Sigismundus rator.

fit Imperator annis 27. Bohemiam vastare conatus est, præ exturbatione hæresium, sed parum profecit.

Anglia & Regnum Francie per Anglos & Burgundiones atrociter vastatur, & afflititur. Sigismundo vita defuncto Albertus dux Austriae, gener eius successit; anno Christianorum 1438 regnavitq; annis dumtaxat duobus, vir optimus & imperio dignus. Quo

Fridericus mortuo, Fridericus 3. dux Austriae, Ernesti filius, elector.

Etione Principum Imperator constitutus fuit, & annis 56. imperavit, vir ingenio divinus & animo pacificus anno Domini 1440. cœpit regnare. Anno Christi anno casti 1453. Constantinopolis traditione cuius-

pietur.

dā Ianuensis à Turcis capitur, & paulatim tota Gra-
cia defecit à fide Christiana. Porro enim tempore
multa regna & provinciae Christianorum à Turcu
vastantur & capiuntur. Multa Christiani bellain-
tumultus.

Bellorum Ars im-
pressoria Moguntia inventa de
poter.

ars impressoria His temporib. ars impres-
soria Moguntia Metropolis Alemaniae inventa est
de novo, mirabili industria, munere divinitatis.

Anno

Anno Christianorū 1456. Turci prostrati in Hungaria perfideles multi perierant. Puerorum peregrinatio ad sanctū Michaelem mirabilis fuit. Terra motu regno Neapolitanofuerunt, & perierunt plus quam 40000. hominam. Anno Domini 1462. Mogīria capitū spoliatur, Metropolis Francorum, Carolus dux Burgundia Francos devicit anno 1465. Postea anno 67. Dinant & Leodium destruxit. Anno 1473. intravit Geldriam, eamq; potenter obtinuit, similiter & Ducatum Lotharingietotam. Cometes permēsem Iauarium, anno Domini 1472. appaserunt. Carolus dux Burgundie oppidum Nuscicunt ad anni spatium, postea obsedit, anno 74. qui postea anno 1477 in bello fuit occisus princeps magnanimus. Turci mulas Christianorum civitates his temporeib. cœperunt, Negropontum in Euboia, Regnum quoque Bosneum, Ducatum de Spretis, Achiam Myisenam, & plura regna in Oriente. Anno 1476. concursus stultorum in Francia Germania factus est Niclaushausen erroribus plenis. Anno 1480. Turci magno cum exercitu Rhodianos obsederunt, sed nō prevaluerunt, eodem anno discedentes à Rhodis, Hydruntum cœperunt, interfectis Christianorum plus quam 12000. solum 22, fugaelapsis. Et anno sequenti Imperator Turcarum Machomet mortuus est, cui Baysetas primogenitus in regno successit, imperans jā in annū 27. Anno Christianorum 1486. Maximilianus Friderici filius Rex Romanorum Francoforde constituitur & Cesar à Julio Papa anno 1508. sicutatus.

Terrae motus.
Mogīria capitū.
Bellum Ducis Burgundie.
Cometes.
Turcarū successus felix.
Concursus stultorum ad Niclaus hausen.

luitatus est, qui ordinem militia S. Georgii contra
 hereticos & Turcas instituit, Svitenses bella domi-
 sit, Sycambros rebelles usq; in hunc diem, bello im-
 pugnat, fortunabiturq; adversus fædis fragos omnes.
 Rex Gallorum, suo more, per securor imperii, nova-
 re insidias compertus est. Omnipotens tueatur Sa-
 maelis imperio aëscriptos anno 1508. Veneti imperio
 Caesaris rebelles, & banno & bello notati sunt. Erit
 pertinacia pœna, satisfactionis consultæ premium.
Notabilie. Circa finem huius tertiae revolutionis Samaelis, al-
 terationis imago transibit ad primum, & erit per-
 ditio multorum. Nisi enim T. reducatur, Deomi-
 nistrante, ad Algos, erit alicuius Monarchie, vel
 magni alicuius translatio regni. Secta religionis co-
 surget magna, veterum destructio religionum. Ti-
 mendum ne caput unum amittat bestia quarta. In
 Samaele Mars primo prædixit diluvium. Trojanū
 in secundo excidium, in tertio erit circa finem ma-
 gnum unitatis derrementum. Ex præcedentibus e-
 rim judicentur futura que sequuntur. Non con-
 sumabitur hec Martis. tercja revolutio sine pro-
 phetia, & nove alicuius institutionis religionis. Ab
 hinc anno Christianorum 1508. restant anni usq; ad
 finem gubernamenti Samaelis 17. In quibus dabun-
Initium
malorum. tur significantes initium malorum figurae. Anno
 enim Christianorum 1525. crucis in vestimentis ho-
 minum vise ante decennium quod præteriit suum
 ostendent effectum, scd 13. ab hinc jure citatis locum
 dabis nescienti, maior post fatigare resurges mihi in ter-
 rionis lucet nebula tegas.

Ordine

Ordine vicesimo Gabriel Angelus Luna mundi regimen recipiet, anno mundi 6732. mense 4. die mensis Iunii 4. anno Christianorum 1525. & mundum gubernabit annis 354. mensibus 4. usq³ ad annos mundi 7086. & mensem 8. Dominice vero nativitatis 1879. menses similiter 11. Hujus revolutionis futura series prophetiam requirit.

Non haec assertive scripsi sacratissime Cesar, quibus cum injuriâ Orthodoxe fidei nulla est ratione credendum. Sunt verò qui menses in his supputaverè Lunares, quibus consentiendum si duxeris, mutanda sunt ea, quæ aliter scripsi. Manu quoq³ mea propriâ protestor, & ore confiteor, quod in his omnibus nihil credo, nihilq³ admitto, nisi quod Ecclesia credit catholica, cetera ut vana conficta & superstitione refuto & contemno.

Laus Deo omnipotenti.

FINIS.

Ss

EPISTOLÆ A-
LIQVOT EX OPE
RE EPIS TOLARUM J.Q.
Tritemii Abbatis Spanhey-
mensis selectæ.

GERMANUS DE GANAY CLA-
RISSIMO WIRO JOANNI TRITEMIO
Abbati Spanheymensi nostræ tempesta-
ris splendori Salutem.

Non potest abscondi, dignissime vir, solar
q[ui] abas, cum nostrū percūrit hemispheriū,
neq[ue] humanis subirah[ic] obtineat. sed fulgi-
dissima sue lucis spicula in omnium dif-
fundit oculos, eosq[ue] rapit in sue claritatis admir-
ationem. Ita quoque lucidissimus tuae doctrine fulgor
brudiquam delitescere potest, sed in omnes quā-
tolibet locorum intersticio semotos sui lumen emit-
tit radium. Hinc apud exterost aum nomen habe-
tur celebratissimum, mirisque effertur praconius,
qui singularis doctrinæ tuae fama exciti, nihil arden-
tius optant, quam insignis scientia tua radio illu-
strari. Et ipse quoque tuae humanitatis fiducia fre-
tus, has ad te litteras dare non sum veritus, quibu[m]
& tua dignitat[er] congratularer, & meum tibi desi-
derium explicarem. Incidit in manus meas epistola
att.

ate profecta ad quendam Ioannem Steinenmoelen, quem in ipso salutationis exordio, post tuu nominis expressionem, virum desideriorum in sacris nuncupas. Eas sanè raram & admirabilem continent philosophiam, tum de numeris, tum de elementis, adeò tamen anigmatibus obvelata & arcanis obstrusam vrebis, ut eius nullo modo mihi pervia sit intelligētia, meiq^z lögē excedat animi captum. Si itaq^z apud te aliqua illius esset interpretatio, quam mihi comunicare non abnueres, nihil ipse libentius legere velim. Conjectat enim animus dignam admodum & altam verbis illis subesse sententiam, & extua istidem officina alia prodiisse opera, quae confutum excedant philosophandi modum, & secretam contineant sacratamque scientiam. Illa si tuo præsidio assequerer, Attalicis opibus & divitiis Croisoptabiliora contingent. Quæ mihi obsecro tui nominis cultori observantissimo impartiri non recuses. Carolus noster Bovillus, qui superiorib. annis cum per Germaniam iter ageret tuam excellentiā invisiere venit, frequentem tui apud me facit mentionem, meque totum, ut verum fatear, adegit tuarum virtutum observatorem admiratoremque fieri. Demū harū latortuæ præstantiæ motus & amicus magister Narciscus, majora animi nostræ voras, quæ brevib. litteris hand facile complecti possunt, latius explanabit. Vale nostri seculi deus & unicum doctrinæ specimen. Ex Parïsio III: Calenda Augustie Anno M.D.V.

S: 2

30 A D Jo. TRITHEMIUM
JO. TRITHE. AB. SPANHEY-
mensis Germano de Ganay viro do-
ctissimo Salutem.

Venit ad nos Neometim Orator tuus magister
Narciscus quinta decima die mensis Augu-
stii litteras perferens tuas, simul & grata mu-
nuscula, quem detinuimus apud nos diebus ferme
duodecim, ne frustrat tantum iter assumpsisse vide-
retur: magna sunt enim quæ per eum nobis significa-
sti, nec erat nostra facultatis illi sine matura delibe-
ratione dare responsum. Mente tuam eius relatio-
ne plenum intelleximus, & quantum nobis iam li-
cuit, operam dedimus, ut tuo te non frustratū desi-
derio intelligeres. In omnibus autem tibi satisfacere
hac vice potuimus minimè, propterea quod a prima
die mensis Aprilis huius anni in nostro non fuerit
monasterio, cuius rei causas tibi referendas ipsi
Narcisco ad perfectum commisimus. Ad intelli-
gentiam epistole nostre, quam Ioanni Steinmoel
anno priore scripsimus, Narciso introitum dedi-
mus aliqualem, a quo rerum intelliges fundamentū
arcanarum, quarum cognitione laboras. Ad uni-
tatem reducendus omnino est ternarius, si mēs
harum rerum velit intellectum consequi per-
fectum. Unarius enim non est numerus, & ex
ipso numerus omnis consurgit. Rejiciatur bi-
narius & ternarius, ad unitatem convertibilis
erit. Verum o Germane, ut Hermes inquit, sine
men-

Philosophi-
ca quædā
de nū-
ris.

mendacio certum, & unitatis cognitione verissimum Non omnium capax Narciscus. Quod est superius, est sicut quod est inferius, & quod est inferius, est sicut quod est superius, quia solis unitatis constat omnis numerus ad perpetranda miracula unius rei multa. Nonne res omnes ab unare fluunt bonitate eius, & quicquid unitati coniungitur, non potest esse diversum, sed fructificat simplicitate & aptatione unius? Quid ex unitate nascitur? Nonne ternarius? Accipe. Unarius est simplex, binarius compositus, ternarius vero ad unitatis reductus simplicitatem. Nobis sumus triteminus mentis triplicis, sed in una mente numero gaudens ternario, qui vere parit mirabilem foetum. Pater eius Sol, mater vero Luna. Portavit semen in utero ventus, terram uerit. Pater omnis perfectionis totius mundi, & est Virtus eius integra & immensa. Si pars fuerit in terra, separabis terram ab igne, spissum, a subili, & ternarius jam sibi redditus cum ingenuo & suavitate magna a terra confundet in cœlum, iterumq; virtute & pulchritudine decoratus revertetur ad terram: & recipit vim superiorem & inferiorem, eritq; jam potens & gloriosus in claritate unitatis, omnem aptus producere numerum, & fuisse et omnis obscuritas. Num est enim unum purum, binarius ab unitate recedens componitur, & impossibile est uno esse principia. Solus ergo ternarius sacratus, virtuosus, & potens, binarios superato, in suum principium non natura, sed simili-

tudinis participatione revertitur, in quo sine contradictione omnia mysteria intelligit mens arcani pulchre ordinati. Hæc est totius fortitudinis pulcherima virtus, quæ vincit omnia mundana, & penetrat solidum corpus omne, tingens unumquodq; pulchritudine optabili, sicuti Alchymici quidem promittunt in corporibus compositis, sed errant, falluntur, & decipiunt omnes, à quib; libenter fuerint auditæ. Volunt imitari naturā, & facere partes quod solius est universalis, cum radicem virtutis natura non intelligant. Non acquiescas insipientissimus Alchymistis, quoniam fatui sunt & simiarum discipuli, hostes naturæ, & cœlestium contemptores, sine quorum intelligibili cognatione nihil est Alchymia, sed qui terrena non intelligit, sicut Dominus noster Jesus Christus dixerat, cœlestia quomodo inveniet? Nostra philosophia cœlestis est non terrena, ut summum illud principium quod Deum nuncupamus, mentis intuitu per fidem & cognitionem fideliter aspiciamus Patrem & Filium, & Spiritum sanctū, unum principium, unum Deum, unumq; summum bonum in Trinitate personarum sempiternū, existentem veraciter credentes, pure cognoscentes, & cùm ferventissimi amoris & servitutis cultu semper adorantes, à quo sunt omnia quæ uspiam esse possunt. Ad hunc nisi mens animata consurgat, nihil eorum que sunt pulchra intelligent, sed in sua ignorantia abscondet. Non est vulgaris oī Germane iste ascensus, neque eorum imitatione sufficiens, qui una duni axat ala

ala sursum feruntur, sed omnino paucissimi familiariis, illis uidelicet, qui semet in unitatem non temerè reduxerunt. Multi quidem conantur, sed non omnium est in mente ternarius. Nonne suspecturū cælum necessariō primum caput elevamus, reducimusque postea quam suspeximus? Solis licet oculis intueri Solem. Aures non vident. Ut igitur consenserat animus, non auris fiat, sed oculus & cor, fiatque ex ternario unitas, participatione bonitatis ad principium, quia unum est bonum omnipotens, non duo neq^z plura. Nisi enim fiat unitas, non fiet similitudinis in mente conjunctio, neque boni participatio, & sine his nulla transiens: nisi autem hæc procedant, neq^z superiorum intelligentiam, neq^z inferiorum propriam consequi poterit operationē. Res autē tā universales quā singulares necessariō, & rerū conditiones quedam sunt manifeste, quedam manifestiores, & quedam manifestissimae. Et aliae quidem sunt occultae, aliae occultiores, aliae occultissimae tam sensui quam rationi. Quam diversitatem operatur ipsarum rerum natura. Hinc sit, quod quidam homines ceteris evadūt sapientiores. Magis autē sapiens dicitur, qui minus perceptibilia percipit. Numerus ordine constat & mensura. Ordo quoq^z, sicut numero constat & ordine. Unitas hic & ternarius binariū nō admittunt, sed omnem exuti multitudinē innata sibi puritate simplicissima in primo consistunt. Hac ad superos via, à Germane, per quam anti-

qui sapientes intelligib. liter profecti rationis ductus plurima percepserunt, que ultra humanam comprehensionem a nostris ~~scimus~~ reputantur sapientib. Vis audire plenius? Studium generat cognitionē, cognitio autem parit amorem, amor similitudinem, similitudo communionem, communio virtutem, virtus dignitatem, dignitas potētiā, & potentia facit miraculum. Hoc iter unicū ad finē magicarū perfectionū tā divinarū quā naturālē a quib. arcetur & confundetur procul omne superstitiosum, præstigiosum atq; diabolicū. Enim vero nihil aliud per magiā intelligi volumus quā sapientiā, physicarū scilicet & metaphysicarū intelligentiā rerū, quae divinarū & naturaliū virtutū scientiā cōficit. Harmoniam cœlestē non materiale, sed spiritualē consonantiam nobis suspicioendam scias oportet, ubi numerus, ordo & mensura per ternariū in unitatem convenient, ad quam consonatiām inferiora nostra omnia sunt conformanda. Fatum est harmoniam arbitrari cœlestē, stellarum consonatiū motu causante auribus perceptibilem formare sonū. Est autem harmonia cœlestis, numero, ordine, & mensura distributionum corporum inviolabilis consonantia. Sed hanc supergredi necesse est, ut ternario paretur ascensus ad eamque supercœlestis est harmoniam, ubi nihil materiale, sed spiritualia sunt omnia. Inde menti assumenda similitudo unde venit. Stellaris enim harmonia mentem nec dedit nec influit. Quidam philocryphus discebat sic: *Quicunque*

Magia
quid?

Astra nul-
lum im-
per-
rium ha-
bent in-
mentem.

cunque conditionem cœlestis harmonia notam habe-
ret, tam præterita quam futura cognosceret. Quis
autem mihi dabitur ex millibus unus, qui harmo-
niam banc intelligat cœlestem? ad supercœlestem,
mens natu'rest, cuius similitudine vivit. Astrani hil
intelligunt, nec sentiunt quidem, unde nec sapien-
tiam menti nostræ conferunt, nec aliquando in nos
dominium habent, qui spiritu ambulamus, confiten-
tes Dominum Jesum Christum omnia in sua pote-
state habentē, ad cuius nos similitudinē pro viribus
fideliter oportet conformare. Ipse est enim sapientia
Dei patris, ipse est fons & origo scientiae, ipse est animi
centrū, per quē facta sunt omnia. Abeat homines te-
merans, homines vani, & mendaces Astrologi, dece-
piores mentiū, & frivola garrientes. Nihil enim ad
mentē immortalem, nihil ad scientiā naturalem, ni-
hil facit ad sapientiam supercœlestē stellarum dis-
positio, sed corpus in corpus duntaxat suum habet
imperium. Mens est libera, nec stellis subjicitur,
necearum influentias concipit, nec motum sequi-
tur, sed supercœlesti principio, à quo & facta est &
fæcundatur, tantum communictat. Cetera quæ tibi
ad inquisitiones tuas respondenda fuerant ô Germa-
ne, sacratiore inclusione scrinio, tibi soli per Nar-
ciscum exhibenda, cui & clavem tibi afferendam
non satis scienti commisimus, ne scrinium arcanis
plenum sine utilitate possideres. Venire autem ad te
personaliter hac vice nequivimus, quoniam aliora
sum vocatus. Discetamen ex Narciso men-

rem nostram plenius, quomodo & quando nobis ad te veniendi facultas accedere possit. In aliis literis scripsimus omnia quae nobis ad te scribenda videbantur. Vale nostri memor, nectui oblitus. Ex Neometi civitate Spirensi 24. die Augusti, Anno Christi 1505.

LIBANIVS GALLVS
JOANNI TRITHEMIO SPAN-
 heymensis Cœnobij dignissimo
 Abbatii. S..

Nulla mibi requies mentis, & Pater Trithemi, donec evincamus hanc horam, non dixerim malorum sed exercitationis. Ad labore sumus nati, labore nam agendo simul & patiendo, quoniam sic penitus oportet expeditum nobis. Non metuas hanc horam adversum te inuidiam, dabit enim rebus tuis sortem in brevi meliorem. Eius amore patienter tolera, qui pro te mortuus est in cruce, ne contristeris, sed tacitus mente tranquilla sequere Dei consilium, quoniam aliorum vocaris. Custodi propositum tuum, neque divitiis cures, neque vanissimos mundi honores. Finem cogita quo tendimus, principium anima unde sumus. Trithemium te precor agnoscas ter mentis acie magnum. Christianus imitando Christum, Monachus contemnendo mundum, & philosophus non admittendo perturbationem, cum sis ter magnus & in Christi amore beatus tandem evades. Saturnum aliquatenus,

lum,

Iam, quoniam tibi non satis prospere mouetur, quod
 & predixeram cum praesens tecum in suo esse Cœ-
 nubio, declinadum scias. Marte quidem & Merku-
 rio in brevi, crede mihi, cum bona quamvis humili
 cōd: tione relevaberis. Neq; enim Deus te relinquet,
 ô Trithemi, neq; Libanius. Audi consiliū eius quem
 contemnere non licet. Da locū invidie, meliora tibi
 parantur. Post quindecim Lunas vocantem sequere,
 nec prius. Vade nunc vocante philocrypho magno
 caelo patefacto reversurus, sum aut me aut nuntiū,
 mēn Neomosi videbis. Libros autē tuos arcanorum
 restes cave Saturnus aspiciat. Itineri esto paratus, &
 nihil obliuiscaris eorū, q̄ae ad nostra conducunt. Silē-
 sio anacrisim serua, nec ante tēpū emitte columbā.
 Caput erige sursū neq; defleclito. Pœnos linque men-
 daces, ut intelligat sero quid bonū. Cave, ô Trithemi,
 ne solis radios cavernis inducas, quoniam pernicioſi
 dracones. Aérē sublimiorē non nisi semel abscidas in-
 serrā. Bob⁹ & capris nō porrigitur panē, nec spiritū
 per januas minores emittas. Ubi uero tecum, & cave
 ne solus. Multitudinē fugito omnē, quātū est omnia
 & sine uno est nibil. Manu cœckē neducas, sed baculo
 tanū. Aquā vino nō misceas, nec sit in mensa tua pa-
 nis duplex. Aves in sole non nutritas, sed in umbra, &
 canib. non ostendas penitus vitrū aut speculū, quia
 periculosoſū est. Umbrā ne verberes, quoniam iniuria est
 solis. Formicis utere, si aviū capru forsū delectaris.
 Luce in aqua divide, nec cōgelata stridescat. Anima-
 quior esto, nec deficias. Ô Trithemi, quoniam si alius ne-
 mo cui curā dabere voluerit, certè Libanius habebit;

Sunt nobis amici Reges & potentes, qui te nomine
tantum scientes libentissime fovebunt. Nihil per-
mittit omnipotens sine causa, nec desperandum est
de summa bonitatis clementia. Scio quod timeas
Deum, & mentis acumine sublimatus, nec prospera
mundi curas, nec formidas adversa. Unde talem te
nactus discipulum, omnia quae mea sunt tibi liben-
ter communicavi. Tum tantum in Christomanensi-
delis, in uno solo, quod licetè potes, Pythagoricus esto.
Vale plus quam alter ego in eo qui solus est semper.
Ex Sancto Quintino 6. die mensis Junij, Anno
M. D. V.

IOANNES TRITHE-
MIUS ABBAS SPANHEYMENSIS
Domino Joanni Westenburgh Comiti, &c. Vi-
xo desideriorum, de tribus naturalis Ma-
giae principiis, sine quibus nihil in ipsa
ad effectum produci
potest.

Longi desideratio itineris tui ad nos animum
induxit, ut votis tuis satisfacti ad interro-
gata daremus responsum. Profundorum &
secretorum nostrorum, que sensu percepisti, hac ra-
dix & fundamentum omnis creaturarum. Prima
divisio naturalis radicem scientiae consummate
producit,

producit, cuius annotatio ista. Quatuor sunt matres eorum, quae in ordine novissimo : & quatuor sunt patres eorum, quae in principio horum omnium nexus; & primum connexus; & ultimum simplex, purum, unicum, solum, omnia tingit. Terra simplex, elementum purum, & primum ab uno procedens, non componitur, non mutatur, non patitur connexionem, sed manet, quod est incorruptibile, & in uno consistit unum, & non unum non est numerus, & est numerus, non numeratur & numeratur, inter ipsum & unum non est numerus. In unitate manet unum, & per complexum efficit ternarium, quem octies complectens mirabili natura omnia reducit ad unum, virtus eius à nullo magistrorum explicari per omnia potest. Non est ipsum, quod colimus Deus. Creatura est animi hominis, imago nec viva nec mortua, per quam in omni scientia mirabilis effectus fit. Et dico tibi amice in summa veritate Dei, quoniam quicunque huius puræ simplicitatis simplici noticia sublimatus est, in omni scientia naturali consummatus erit perficieturq; opera miranda, & stupendos inveniet effectus. Bonum simplex unicum est, & per ipsum non solum similia sed & dissimilia multa fiunt. Terra composita elementum natura purum, simplex & unicum: sed quia compositum, necessivè fit multiplex, varium, & impurum, reducibile tamen per ignem in aquam, ab illa in ignem, ab illo in unum simplex, & est numerus & numeratur, & non est numerus & non numeratur. Non

nume-

numeratur, quia natura simplex, & accidente compositum. Ideoque numerari non potest, quoniam ante ipsum non est numerus. Numeratur autem ab unitate unum non absolutum, sed inclusum, & dicitur unus exclusum, unus inclusum, unumq[ue] per unum ab uno, scilicet ab anima mundi, sive ternarius, esse cum uno uult naturaliter, unus per se potens, in uno impotens, in altero impotens in sphaera semper volvitur, in unoq[ue] manet igne unus, sed non sic imaginatur. Si per ignem purificatum ad simplicitatem suam coniugatione reducitur, omnia mysteria scientiae profundae operari potest. Terra de composite elementum est, & non est elementum, per quod ternarius in binarium reducitur, quatuor ab uno gradibus distante. Miracolinet, varium est & multiplex, corruptibile: & tamen extra unitatis circulum non vagatur. huic cum ternario per binarium in uno secretorum omnium magisterium est. Et quaecunque humanitus ad inventa mirabiliter constant, eius sunt potestati subiecta, & fieri possunt operatione perfecta. Observat numerum, gradum, & ordinem, quibus omnis mirabilium nature operatio constat. Mirandas sunt que potens est facere, & plusquam creditur, plura, quæ nec Deo iniuriam nec maculam anime inferunt, per ipsum mirabilia operantur. Per ipsum omnium humanarum ad inventionum plena cognitione est, & operatio effectiva in qua cunctis re obscure: quia virtus eius ex intellectu procedens non permittit errare per tres gradus operanti, discernit omnia,

qua

que homines dicunt. Nec seduci in errore per ipsum
inchoata operatio potest. Quicquid Astronomi,
quicquid Mathematici, quicquid Magis, quicquid
inuidentes natura persecutores Alchymiste, quic-
quid dæmonibus detertores. Necromantici promit-
tunt, novit discernere, intelligere, rectificare, inve-
nire, suisq; principiis aptata sine malitia perficere,
hoc ipsum elementum non elementum per numerū
a fere motum cum sibi coniuncto in unitatem simili-
ter reductum. Sine huius medijs finis principijq; co-
gnitione per numeros, gradus & ordines, nec Magus
imaginibus virtutem daret sine crimine, vel etiam
cum scelere dare potest, nec Alchymista imitari na-
turam, nech homo spiritus compellere, nec futura pra-
dicere vates natura, nec quisquam curiosus experi-
mentorum capere rationem. Omnis itaque natura
consistens limitib. operatio mirandorum ab unitate
per binarium in ternarium descendit, non priuista-
men quam à quaternario per ordinem graduum in
simplicitatem consurgat: nam si quatuor numerare
velis, non aliter quam ab uno scis inchoandum & di-
cis unum, duo, tria, quatuor, que simul sumpta fa-
ciunt decem. Hac omnis numeri perfecta consumma-
tio est: quia fit tunc regressus ad unum, quia ultra
denariū non est numerus simplex. Nam unum, duo,
tria & quatuor sunt dece, & sine regressu ad unitarī.
numerus ulterius non p̄greditur. Mirantur huius
conexione pfundanescrētes, quib. principiis in ope-
ratione mirandoruū utamur, falso nos vel demonum
adiutorio,

adiutorio, vel qualibet contra sanctissimam fidem nostram Christianam superstitione inniti opinantes. Nos autem haec de nobis judicantes propter eorum qua promisimus ignorantiam non miramur. Quoniam sicut sanctissima restatur scriptura de interna cognitione Dei, quam nemo intelligit, quam qui accipit: ita his vel nos imbuimus, veluti nemo potest nisi divino munere lumen singulare acceperit intelligendi ex natura in naturam; fueritque in eo cum lumine ignis, cum igne ventus, cum vento potest cum potestate scientia, & cum scientia sanæ mentis integritas. Tu autem amice, qui est vita nostræ conditionem vidisti; & operum dictorumque rationem sensu consecutus es, famam nostram innocentiamque ab emulorum temeritate defende: quia cum Deo potes in veritate; cum tibi visum fuerit opportunitas. Non quod falsa hominum judicia verear, sed ne quis nimium credulus obloquentium dictis ignorans de nobis scandalum sumat. Omnia enim que scire unquam professus sum; cum Deo est sine iniuria fidei nostra Christianæ scio, & operatus sum. Licet ex multis paucissimi queant inveniri; qui mysteria occultarum ad inventionum naturalium intelligent. Homo sum mortalis, scio, Christianus fidei constantia, fidelis monachus, professionis mea, non immemor, peccator, sed pœnitentie salutaris sarcinam sedulo portans. Non ignoro quid me decat: non sum tam hebes, ut futura cogitare post facta nequeam. Sed bonus ille pater Carmelitarum

Prior

Prior Gandaviensis literas Bontio missas, si aut non
recepisset aut domi conservasset receptas, non esset a-
pud vestras de me rumor mirabilium tantus. Hinc
enim varie sunt de me opiniones in omni pene terra
subiecta, aliis laudem, aliis vituperum in me pro-
novitatis adiunctione promentibus. Magiam me
penitus ignorare naturalem dicere non possum, per
quam que miranda fiant naturaliter fiuntur. Super
naturam in me nihil, praeter fidem Christianam;
quam naturam non dedit, sed gratia. Doctissimus ille,
& inter sanctos verè sanctissimus Albertus Magnus
ratione profundissimi intellectus cognomento Ma-
gnus acerna memoria dignus profunda philosophia
nature scrutatus, miranda & ceteris inaudita di-
scendo cognovit, usq; adeò, ut apud imperitos etiam
magus & superstitionis usque in hanc diem iniuria-
se sit habitus. Magiam naturam non ignoravit,
pravorumq; libros plurimos superstitionis inculpati
legit, & intellexit: nec propterea pravus aut super-
stitionis fuit. Scientia autem mali non est malus,
sed usus. Nam igitur & patienter feram, quod ut
tunc toleravit sine peccato. Nec me scire mystica
nego, quamquam Alberto & scientia inferior sum
procul, & nullatenus sanctimonia comparandus.
Multo fateor magorum volumina legi, præstigio-
rumq; non paucā synthēsata perlastravi. Nec eā
volumina, que ligamenta spirituū docent, & ob
confimili a penitus à lectione nostra rejici, & in his
omnibus firmior semper, faciat in sancta fide Christi

T t

stianorum evasi, quia divino munere que legeram intellexi, ut plurimum. O clarissime, ô bone Deus, quot vana, conficta & ridiculosa, taceo mendosa, & abominanda que occultantur in libris magia superstitionis, & in illis que de coniurationibus dæmonum conscribuntur, que nemo melius comprehendere, discernere, & confutare potest quam qui intelligit. Magia naturalis, que aliquando principis naturæ innixa in sua simplicitate pura constabat, tot mendaciis, tot impuritatibus, totq; deceptionibus confusa est, ut nemo, nisi in utraq; doctissimus sit, qui alteram ab altera discernere possit. Quantos errantes in magia ipsa naturali solus ego novi viros alioquin doctissimos, quorum nonnulli & tempus & substantiam Alchymie impendentes perdunt, nonnulli vitam cum rebus amittunt, alijs medicinam ex ipsa elicere cupientes post longos labores nihil proficiunt, alijs mirandorum effectuum secreta persecutantes ad nullam experientiam pervenire queunt, alijs futura prædicere gestientes pro veris falsa loquuntur: hinc dum opiniones sui capit is ventosas ingerunt ab expertis dudum conscriptis, que non intelligent bona & vera, mala & falsa imperite efficiunt. Nota tria principia in magia naturali occulta, principia sunt, sine quorum noticia perfecta nullus operantem sequitur effectus. Primum principium in uno consistit: non à quo, sed per quod omnis mirandorum naturalium virtus producitur in effectum, de quo diximus, quia purum

purum ab uno procedens non componitur, non mutatur. Ad ipsum à ternario & quaternario fit ad monadem progressus, ut denarius compleatur: per ipsum enim est numeri regressus ad unum simul descensus in quatuor, & ascensus in monadem. Impossibile est compleri denarium, nisi per ipsum: quia monas in triade lata convertitur. Omnes hoc principium post principium monadis ignorantes nil in ternario proficiunt, & ad sacrum quaternarium non pertingunt. Nam si omnes magorum libros habeant cursus siderum, virtutes, potestates, operationes, & proprietates perfecte cognoscant, ipsorumque imagines, annulos, sigilla & secreta quaque ad plenum intelligant; nullum tamen mirandorum consequi possunt in suis operationibus effectum sine huic principij à principio cognitione in principium. Unde omnes quotquot vidi in magia naturali operantes, aut nihil consecuti sunt, aut ad vanam frivola & superstitione post longam & inutilem operationem per desperationem prolapseruntur. Principium verò secundum ordine non tamen dignitate separatum à primo, quod unum existens facit ternarium, est quod operatur miranda per binarium in uno, est enim unum & non est unum, est simplex & in quaternario componitur, quo purificato per ignem in sola aqua pura egreditur, & ipsum ad suam simplicia

T. 2.

tatem reversum complementum operanti in
bit occultorum. Hic contrum est magica na
cuius circumferentia sibi unita circulum
sentat immensus ordo in infinitum, virtus ei
omnia purificata & simplex minor omnibi
ternario super gradu composita. Quaeerna
tem Pythagoricien numerus ternario suffultus
dinem gradumq; obseruat purificatus prorsus
ad binarium in ternario miranda & occultu
re operari potest. hic est quaternarius, in cui
sura ternarius binario coniunctus in uno cui
sit, quamirabiliter facit. Ternarius enim nu
ad unitatem reductus per aspectum omnia in
tinet, & que vult potest. Principium tertii
se non est principium, sed in binario inter ip
sis, omnis scientia & artis mystica infallibil
centrum; nec in alio faciliter quam in ipso erratu
niā paucissimi vivunt in terra, qui profunda
reelligant. Variū est, compositū, & per septen
ternarium octies multiplicatum, consurgen
nens fixum. In ipso est consummatio nume
riuum & ordinis, per quod omnes philosophi
torum naturae Dei veri inquisitores mirabil
iter consecuti sunt, per ipsum ad simplex elem
in ternario reductum subito fuisse curae infirm
miraculose & naturaliter omnium agriendi
opusq; in magia naturali & praeternaturali o
ris, consequitur effectum. Fugit demone
dusq; vocati secundum dispositionem quater
prae

predicatio futurorum per ipsum verificatur, occul-
torumq; insinuatio non aliunde quam per ipsum à
natura percipitur. Hoc unico medio secretum na-
ture aperitur Alchymistis, sine quo nec intellectus
artis acquiritur, nec operationis effectus invenitur.
Errant crede amice mihi, errant omnes qui sine istis
tribus principiis quicquam operari in occultis na-
ture scientiis se posse confidunt: maior autem causa
erroris est, quod sapientes olim secretis naturae imbui-
ti hac vel penitus tacuerunt, vel nimia obscuritate
involverunt, ut non nisi ab eis similibus intelligi ve-
raciter queant. Secreta est huius institutionis
philosophia & cœlestis, in qua si quis scire & intelli-
gere veraciter cupit, tumultus hominum fugiat ne-
cessa est, mundum deserat, cœlum non oculis tantum
sed & mente contempleat. Spiritus Dei ubi vult
spirat, quem vult illuminat, quem suo numine ob-
umbraverit in omnem cognitionem veritatis indu-
cit: qui acceperit gratias agat condignas Deo, stu-
deat fructibus respondere operis boni, seq; accepisse
recognoscat, & non inveniet unde superbiat. Ille
autem, cui scire ista sublimia donatum non fuerit,
aut socratism suam intelligat, quia non laboravit
ut sciret, aut misericordiam Creatoris collaudet,
qua in bonum eius voluit ut impedimenta nesciret,
aut si non acquisierit, Deū sibi non extitisse debito-
rem donationis fateatur, & non murmuraret. amicus
es audi consulentem tibi amicum, intelliges factum,
& propinquorum viator invidiginem, non aerem.

48 **J. TRITHEMI**
pedibus calca, mortalium Dei immortalis oris
culum minatur virtus. Fuge synod non
per hominem non homo: numeram coelestium
duo hirundinum salutis tua per culum gallo-
velum raptum à ventro persequeris, fatiga
septenario, sed per ternarium in unitate ceter.
surges & reflicem inuenies. Si operation
è sole, quem tibi natura videntur abscondere
cunctis ad verum solem qui Deus est per se
cognitionis purificata ab inferioribus mente
siderio anima fervore sanctissimi amoris sui
conversus. Quia d. vini amoris ars longa,
breve est, præstatq; crearem quām creatu-
veritate semper diligere. Ego te sanū mente,
mem corpore ordinatus utroq; valere in Chi-
si semper & cupio & oro, quem mihi preci-
motu misericordem facere pro viribus tuis
Spanheym Casnobio meo, quod vidisti paup-
paupere mea manu, te postulante scripsi deci-
mensis Maij, Anno Domini Iesu Christi Sal-
fidium M. D. III.

JOANNES TRITHEMIUS A
Spanheimensis ad Illustrissimum Dominum D
mum Marchionem Brandenburgensem, de
bus convenientibus vero
Mago.

Serenissimo Illustrissimoq; Principi ac
no, D. Joachimo Brandenburgensi sacra
M

Marchioni, Stetinenium Pomeranorumq₃ Duc*is*
 invictissimo, &c. ac Sacri Imperij Romani Arbi-
 camerario, Principi Electori, Joannes Trithemius
 Abbas Spanheimensis humilem paratissimamque
 in cunctis obsequendi voluntatem. Illustrissima
 Princeps, sanctum & laudabile desiderium sereni-
 tatis tuae ex rotatione doctissimi strenuiq₃ oratoris
 cui Domini N. quem cum literis credentie ad me
 missisti, cognovi, cui morem gerere maximè & velle
 & optarem: accedendi autem personaliter invictam
 tuam maiestatem hac vice omnis mihi adempta est
 facultas propter multas & variarationes eidem or-
 ratori expositas, quia tanto studio nisus est, ut me tua
 Celsitudini adduceret, ut diligentiorum eo invenire
 potuisses neminem. Utinam locorum distantia in-
 ter nos brevior esset, meq₃ aut nulla detineret cura
 rei familiaris, aut facilior conditio relevaret, advo-
 larem protinus, tuamq₃ serenitatem libens ac fidens
 adirem, aperirem q₃ profunda secretissimaq₃ Magie
 naturalis, que aut neminem aut paucissimos hodie
 scire & intelligere crediderim. Omnes enim quo-
 quot novi, vidi, & audiui in Magia ipsa naturali,
 in compositione imaginum, annulorum & sigillorum,
 abditusq₃ naturæ operationib. laborantes nihil profi-
 ciunt, nec ullum sbarum operationum cōsequuntur
 effectum: sed post longam & inutilem operationem
 sepe desperantes ad frivola & superstitiosa prola-
 buntur. Magia autem naturalis pura est, solida, stabi-
 lis, & licita, que Principes maximè decet & ornat,

T 8 4

nec unquam ab ecclesia prohibita, nec etiam
 probibenda, quippe que puris principiis nat-
 nititur, nullamque superstitionem admittit.
 p. 92. tria sunt principia omnino secretissima, qua-
 philosophorum literis aliter quam occulisissimis
 volutisq; mysteriis denodavit, propterea ne si
 vorum notitiam devenirent, qui multa per e-
 trarent mala. Sunt autem ipsa principia intel-
 humano nimis difficultia, soliq; homini ab astru-
 te, ingenio & natura speciali conditione dis-
 pervia, sine quorum cognitione perfecta nihil p-
 ciunt in Magia operantes. Te autem serenissi-
 Princeps in magicis & occultis naturae virtutis
 non solum per desiderium occupatum, sed & ap-
 mè eruditus & expertus tuus mihi dixit ora
 qui an ipsa principia teneas cum nescio, mitto g-
 tiet tua duas epistolæ, quas dudum scripsi am-
 rationem secretarum meorum scire cupientil
Quarum explanationem per litteras dare diffi-
est nisi ratius Magiae fundamentum, rationes,
perationes, modum & ordinem non epistolis sed
bris magnis velim explicare, quod occupationes n-
prohibent, nec brevitas temporis admittit. Veri-
 sit tua velit Serenitas, ut opus licet arduum va-
 aggrediar, me facile provocabis non par-
 temporis spacio consumendum: uerbenter
 nim labor & gaudeo te in his artibus & sua
 delectari, que & solos Principes decent,
 veteres Reges, Duces, atque praeclentes Impe-
 am.

acquisiverunt: nec hodie Principem vivere crediderim
(oracoris tui miranda relatione inductus) quem
aut tibi preferendum in his iudicem, aut cui secre-
ta mea & quidquid in magia sum affectus ma-
luerim aperire. Quid enim pulchrius, quid utilius,
quam Principem genere, rebus & sapientia insignem
invincibilemque exposcam eis oblectari studiis,
quorum usq[ue] Reges & Principes olim sapientes &
potentissimi ceteris in terra omnibus metuendi fa-
cti sunt, non solum his studiis potentes, metuendi
mirabilibus effecti, subditas sibi gentes prudentissi-
mè gubernarunt, sed etiam cum divitiis honore ac
felicitate nomen acquisiverunt eternum? Utinam
Reges & Principes nostri omnes tra serenitatis stu-
diis inuitarentur: quam bene Res publica regeretur,
quamq[ue] essent felices hic in tempore & post mortem in
eternitate? Magia siquidem naturalis non solum
effectus operatur visibles, sed etiam intellectum i-
psius hominis in caperis mirabiliter in cognitione
divinitatis illuminat, invisibilisque fructus anima
præstat. Sed videmus nomen Magia sanctis penè
hodie hominibus invisum & odiosum, ut omnes in
ea studentes una sententia damnent, omnemque u-
sum eius Christiana religione adversum penitus &
contrarium existant. Et hec bona sancteque sci-
entie Magia naturalis iusta damnatio unde puras
serenissime Princeps exordium sumpsit, meam sen-
tentiam accipio. Posteaquam veteres illi sapien-
tes philosophi Principes & Reges in scientia Magia

Tt 5

naturalis perfectè imbuti ab hac luce decesserunt, scientiam ipsam occultis secretissimisq; mysteriis obvolutam studiorerlinquentes, ne indignis pateret accessus. Qui scripta eorum legere & operari in eis voluerunt homines, bifariè processerunt: quidam enim ex eis cùm legissent miranda sapientum in magicis experimenta, desiderio & curiositate attracti, quod invitis faciunt hodie, operari secundum faciem lectionis corporunt; non intelligentes ea que legerunt. Quicun nullum consequerentur promisse operationis effectum propter omnimodam sui ignorantiam, libros optimos & experientia probatos intelligentiarum velut inanes, falsos, mendaces & frivulos cum ignominia abjicientes condemnarunt. Alii verò prescriptaratione infructuose laborantes cùm nihil in compositione rerum magicarum proficerent, seque arbitrarentur promissione auctorum esse deceptos, ne soli viderentur abducti, sed plures haberent socios erroris, majora quam invenissent promittentes, vana, frivola & confida scilicet libris sapientum immiscuerunt; characteres varios cum ignotis nominibus inferentes, in quibus magna laterent secreta, per quoram scientiam miranda fieri posse dixerunt. Alii non contenti predicto modo hominibus illudere, ut naturalem Magiam, quam non intelligebant, magis confunderent, diabolicas institutiones addiderunt, quib; usq; adeo fœdata & confusa fuere volumina sapientum, ut non solum à studiosis non intelligi hoc tempore & emendarinequeant.

queant, sed quod gravius est, ab omnibus penè viris
bonis, qui ea discernere nequeunt, cum non dicere-
rint, nquam mala, reproba, superstitione, diaboliz-
ca, & acrosancta fides nostræ contraria condemne-
tur: unde magis sancta & bona rectè & pure licet
occulie ab auctoribus olim conscripta ita confusa,
detur, atque infecta est usque nomen eius audire inter
Christianos videretur horrendum, sicut horrendum
omnibus, & non tam invisa quam impenerabilis.
Itaque cum non sint hodie quin naturalem Magianorum
superstitionis & vanascerere queant, sancta faciet
cum p. ofana turpiter contempta, usq; adeo, quod
predicatores verbi Dei ab medicis animalium con-
fessores omnem populum Christianum à multis an-
nis palam & occultè sub magnarum excommunicati-
one censuraram ab eius observantia arcendo
prohibeant, usum eius omnibus Christianis penitus
interdicant, & liberos huius scientie quotquot inue-
nire posuerunt igni comburendos tradunt. Quod si
Magia ipsa naturalis ad primam puritatem suam
reduceretur fieret cunctis denuo amabilis & maxi-
mè utilis Princeps. Sed quis tam idoneus, quis
tam doctus & potens, qui hoc opus aggredi possit? Non
est unus deus negotium, nec viri pauperis inerudi-
tiq; opus, ubi & scientia profundissima in omnipre-
senti scientia requiritur, & opes, volumina comporta-
ri aut queant, postulantur multorum. Multos in-
venimus multa & magna promittentes, qui compo-
sitionib; imaginum dant operam, sed proficienes

ad

ad effectum sine superstitione paucissimos. Et quia quam Serenitatem magnifice Princeps studio rerum abditarum, quem magia ipsa naturali perficiuntur deditam scio, quantum licet pandam tibi paucis, que nunquam dixi, quibus ignoscas, quem admodum in hac profunda scientia sit operandum. Sunt enim homini in Magia studere & operari utiliter volenti subjecta necessaria. Imprimis necessarium est, ut a natura sit ad istam artem non solum inclinatus, sed & dispositus, aut saltem preceptoris magisterio disponibilis per rectificationem a ternario in unitatem per binarium divisum. Quod aperte explanare literis nequaquam valeo, sermone vero possum, non etiam omnibus, sed his duntaxat quos intelligentia perlustravit. Secundo oportet lingue sufficientem noticiam habere, propterea ut vulgaris non capiat tantam majestatem scientie ipsius Magia naturalis. Sed & fundamentum Astronomicæ institutionis scire necessarium est, aut saltem habere ad uotum qui sciat. Tertio necessarium est habere aliæ copias librorum in hac scientia, & qui sunt emendati, sicuti inveniuntur hodie pauci, velut habeatur ad manum, qui vitia corundem emendare veraciter possit & non augere. Quarto necessarius est doctissimus & expertus preceptor in arte: quoniam hac scientia tantis est oboluta mysteriis, ut sine doctore peritissimo non queat apprehendi, nisi omnipotens D E U S singulari dono gratie velit illuminare mentem, quod rarissime fieri consuevit. Quintu-

sed necesse est, ut scias divisionem rotius universis superiorum & inferiorum, ab uno usque in quaternarium in ternario quiescentem, noveritque ordinem descensus & ascensus, gradum, numerum, inflexum & reflexum esse & non esse in unum & tria: & hoc scire difficultissimum est: quia omnis mirandorum effectuum radix, quocunque modo fiant in Magia tam naturali quam supernaturali huic principi fundamento innititur: quocirca omnis quilibet ordinem apprehenderit, ipsumque modum intellexerit, perfectè consummatus in omni scientia profunda Magia erit, mirandosque in operatione consequatur effectus. Sed quia hac scire nimis est difficile, paucissimi utiliter, multi vero infructuose in Magia laborant. Sextò igitur ut noverit arti convenientem vivende modum, debitumque ordinem laborandi, temporis horam, opus operisque dominū, id est planetam, locum aptum, formam, materiam, & materię commixtionem, purum & impurum, complex & composum, simile, diversum, conexumq[ue] conjunctorum: & post hec omnia sue ipsius anima mensuram, virtutem & bonitatem in potentia cendi. Septimo ut scias sub cuius planete dominio spiritalis hora, dies ac temporis sic quilibet res mundi, secundum substantiam, accidens & effectum maxime, per quem operatur. Inferiora enim superioribus subiecta sunt, & solas in unitate, qua substantia, accidente, potentia, virtute, numero, gradu ac proprietate constat, per applicationem unius ad aliud modo

modo in arte firmato mira dorum in magia naturali fit utilis operatio. Octavo necesse est scire in magia naturali operantem, & intelligere omnem intelligentiarum proprietatem, ordinem, gradus, locasive locationes, nominative verba & officia siue opera, quemadmodum se habeant ad extrema in ordine, & quomodo per eas sit operandum in qualibet intentione universalis: aut primum necessaria scientia est, per quam certe perficiuntur, quemadmodum caro, ne purif. scat, sale conservatur. Nonò in his que solus perficere non potest, socios oportet habere, aut natura dignos, aut institutione dignificatos: quia sociorum indignitas operationis effectum impedit in omni operatione Magie tam naturalis quam superstitionis, ac etiam supernaturalis. Decimo oportet in Magia operantem firmum esse confidentia, & de consecutione effectus nullatenus hesitare, non tamen ob id quod credulitas aliquid conducat in his, sed quod hesitatio firmitatem operantis anima per medium in extremum frangit, debilemque facit, sine cuius virtute stabili non fit à superioribus influxus optatus. Undecimo oportet volentem in Magia naturali operari fructuose omnia conservare secreta, & nullis profectum vel defectum operationis, neque ipsam operationem, neque voluntatem, neque artem, neque tempus revealare, nisi preceptor & discipulo. Quia haec scientia publicum fugit, & divulgata raro inde perferetur consequetur effectus. Haec sunt invictissime

Principes

Principes, quae tua serenitati scribere hac vice volui,
ne oratorem tuum remitterem vacuum, qui ut scri-
berem instantissime oravit, scripturus missurusque
posthac majora & latiora, cum tua majestati hac
placuisse edocitus fuero. Cetera scorsum scripsi misiq;
propter huim prolixitatem epistole. Deus Serenita-
tem tuam conservet in columem. Data ex Spanheym
Cœnobio meo vicefima sexta die Ianii anno Christi
millesimo quingentesimo tertio.

Illæ duæ epistolæ antecedentes nunquam
ante hac impressæ fuerunt.

J O A N N E S T R I T E M I U S
Abbas Spanheymensis Joanni Capelle-
rio Mathematico S.

Eam tibi partem Steganographia nostra mi-
noris, cui titulum dedimus græcum γλωτ-
του φοειαν, id est, linguae fertilitatem, rescri-
bis fecimus quam pridem postulasti à nobis, opus ut
scis arcanum, hactenus nulli visum, quod ea mitti-
mus lege quo servetur occultum. Amorem tuum &
indeficiens erga litteras Græcas studium, ceteraque
philosophia mundanae scientias non uitupero, sed
laudarem potius magnisque preconis efferrem, si
hæc omnia rite ordinaveris ad amorem divinum
Universa enim mortalium studia, quæ non
fuerint ad Dei charitatem ordinata, prorsus
VANA

vana & omni Christiano contemnenda sunt. Cun-
randum igitur nobis, ut mens nostra proprie me-
mor salutis nunquam studiis inhereat mundanus,
sed illius utatur potius ad ministerium & servitu-
tem non continuè, sed cum fuerit necessarium; dun-
taxat per vices philosophie & sapientiae spiritualia;
per quam in Dei cognitionem amando perducitur,
& in amoris dulcedinem cognoscendo robatur.
Mortales sumus & urgentibus naturæ statutis, ne-
cessariò morimur omnes, hoc solum ferentes nobiscum
quod discendo & studendo in cognitione & amore
summi boni Creatoris nostri profecimus. Ceterorum
vero fructus omnes studiorum, sicut nebula cum la-
bore habito evanescunt. Omnis ars humanitas ad-
inventa, quæ divina non coheret scientia, licet in
bac vita nomen sibi usurpet scientia, quantumlibet
celebrioris, habitumq; assequatur demonstrati-
vum, tam diu potest manere in homine, quam in
corporæ cum ratione vita. Cessat autem penitus cum
moritur homo, & cum ceteris vita actionibus ex-
pirat. De hac vanâ scientia mundi sanctus Christo-
philus dicit in quadam epistola: Si quis existimat se
scire aliquid, nondum cognovit, quemadmodum o-
porteat eum scire. At si quis diligit Deum, hic cogni-
tus est ab illo. Cuius sententiam divus Bernardus
pulchre dilucidans in meditationibus dixit: Vides
quod non probat multum scientes, si modum nesci-
ant sciendi. Vides quomodo fructum & utilitatem
scientiae in modo sciendi constituit. Quid ergo dicet,
nisi

nisi ut scias quo ordine, quo studio, quo fine unum quodque scire oporteat. Quo ordine, ut illud prius quod maturius movet ad salutem. Quo studio, ut illud ardentius, quod movet vehementius ad appetitum. Quo fine, ut non ad ipsam gloriam & ostentationem, sed ad tuam aliorumque salutem. Quemadmodum vero non est una omnium ad scientiam properantium intentio, ita nec finis quidem unus. Alii namque multa scire cupiunt eo tantum fine ut sciant, & fructum sua curiositatis unum & in nihilo consistentem recipiunt. Alii autem scire volunt propter commodum temporale, ut vide licet divitias honoresque asequantur & dignitates: qui quid alind quam turpem exercentes quaestum ipso scientia sacro nomine penitus censendi sunt indigni? Et quam multi hodie ad scientiam se in hunc finem conferre reperiuntur. Et sunt nonnulli qui scire volunt ut ipsi ab hominibus sciiantur, quorum fructus scientia vanitas est. Omnia prae scriptorum intentiones ad sciendum reprehensibles sunt, & finis culpa, ac judiciorum ratione obnoxiae. Sunt vero alii qui scire cupiunt ut proximos in Christi amore instituant & edificant ardenter, & horum finis charitas est, & fructus, si vita doctrina concordet, aeterna felicitas. Alii autem sunt qui scire volunt, ut ipsi in lege domini edificantur, quorum finis prudentia, & merces vita debita bona sempiterna beatitudinis retributio. Vides nunc amice quis debeat nostra finis esse scientia, & quem-

admodum nos scire oporteat. Cum ergo finis scientiae speculativae sit veritas, & practica opus, tantum scimus quantum de cognitione Dei omnipotentis apprehendimus, qui solus est veritas: tantum vero cognoscimus quantum diligimus. Scientia enim vera & salutaris Dei parit cognitionem, cognitionis amorem, amor frequentiam, frequetia familiaritatem, familiaritas fiduciam, fiducia omnium quae postulaveris a domino Iesu facilem impetracionem. Scientia quippe virtutis cultum praecedit, quia nemo potest fideliter optere quod ignorat. Cognitionis veri & amor recti certissimum ad felicitatem parant introitum. Praecedit autem sicut diximus amorem cognitionis, cum nemo possit amare veraciter quod penitus ignorat. Propterea dixit ad Patrem in Evangelio dominus Iesus Christus. Hec est vita eterna, ut cognoscant te solum Deum, & quem misisti Iesum Christum. Quid nam aliud est illa supercelestis beatorum spirituum amoenitatis fruition, quam divinae majestatis cognitionis & amor? Salutaris enim scientia cognitionis annexum sibi habet amorem: nec potest mens intellectualis semper eterna fruitionis habere consortium, si aut cognitionis fuerit sine amore, aut amor sine cognitione. Demones quidem mali cognoscunt, sed quia non habent amorem, ad fruitionem que ex utroque & non ex altero nascitur solo minime pertingunt. Amorem unius summae veritatis

postulo-

philosophi gentiles quidam, & extra Christianismum positi hodie forsitan multi habere videntur, sed quia non cognoscunt Patrem universitatis solum verum Deum, & quem misericordia domini nosterum Iesum Christum, in suis cognitionibus evanuerunt, & ad fruitionem summae beatitudinis nequaquam perueniunt. Dicit autem ipse salvator noster Dominus Iesus Christus de ihesu qui ipsum venisse in mundum non cognoscunt per fidem in sancto Evangelio, Qui non credit iam iudicatus est: Et S. Christophorus, Sine fide, inquit, impossibile est placere deo. Vera enim cognitio ex fide est, & amor ex cognitione. Homo ergo qui non habet fidem, non habet cognitionem. Qui autem non habet cognitionem non habet amorem. Et qui non habet amorem, non potest habere fructum. Hoc est enim quod ipse Dominus Iesus jam ascensurus in celum suis discipulis revelavit dicens. Eantes in mundum universum, predicate Evangelium omni creature. Qui crediderit & baptizatus fuerit salvus erit, qui vero non crediderit condemnabitur. Prima itaque ad Deum via est scientia sive cognitio per fidem, sine qua nemo salvabitur. Ad hanc veram scientiam o Mathematicae omnes aliae scientias & studia referantur, quod nisi feceris, inani & stulto labore consumeris. Haec est scientia vera, que scientem compunctione & amore afficit non extollit, nec superbientes quos impleverit sed gentiliter facit guxta illud viri sapientis: Qui addit.

scientiam, addit et dolore, eò quod in multa scien-
tia multa sit indignatio. O nunc igitur amice, pro-
videamus nobis in tempore opportuno, ut studia
nostra faciamus bona, quando tempus habemus,
quemadmodum sanctus dicit Apostolus.

Ιδία γὰρ νῦν δεκτὸς χρόνος, ίδία τῆς ἡμετέρας συν-
έσεως ἡμέρας. αὐτούμδιν ἡμέρα ζωὴν αὐλην ὅπερει, καὶ
αἴλιος τεόπτες εἰσεράθη. νῦν μητισθέον, Εἰς τῇ μητ-
σίᾳ φθλίσει τὸ σῶμα καρδες, έαν δὲ βυλοίμεθα στού-
χρευτὸς φύσιαν, καὶ σὺν θεῷ ζῆν τὸν αἰώνιον ζῶν, οὐλις μέχρι τῇ νῦν ἡμερητικόμδιν, Εἰς τὸ γῆς Εἰς τὸ ψε-
νὸν ποιητὴν ἐβλάψαμεν. έως ποτὲ ὑπομνήμδιν ἔντος
ἡμετέρας ἀμφοτίαις. αὐτούμδιν τελετῶν αὐτούμδιν
ἔξ αὐτούμδιν ἀγαπεαδελφει Γαστίνες Καπελέρει, Εἰ-
ς θεοῖσιρούσιν δρολογεύμδιν τὰ πάντα ἀμφοτίματα
ἡμῶν, Εἰς θεὸς συγγνώμων ἡμῶν συγγνῶσατε. οὐλος
δὲ εἰς ἀδηκωτα βησύμεθα, ! Εἰ μηδεμία ποτὲ ἔκει ἐσεῖ
λύτρωσις εἰσαΐῶνα. αναγύνωσκε τὸν περιφητὸν ἡσκίαν
λαλῶντα ἡμῖν. λόγοισιν καθαροὶ γίνεσθε, αἱ φελεοθε-
τὰς πνησίας δόπο. τῶν ψυχῶν ὑμῶν, απέναντι τῷ ὁ-
• φθαλμῷ μοῦ. παύσεσθαι δόπο τῶν πονηρῶν ὑμῶν.
μάθετε καλὸν ποιεῖν. ἐκζητήσαπεκερίσιν, ρύσεσθε α-
δικόμδινον, κείνα πεδροφανῶν, Εἰδιμαιώσα πε χήραν, Εἰ-
δοπε, Εἰζαλεχθῶμδιν, λέγω αὐτούρω, Εἰέαν ὥσιν αἱ
αἱμαρίαι ὑμῶν ὡς Φοινικῶν, ὡς χιόνα λόκατῷ ἔαν δι-
αστίνως κόκκινον, ὡς κέλον λόκαντο. Εἰσανθέλητε Εἰ-
σακάστημε, Ταῦτα ἀγαθὰ τῆς γῆς φάγεσθα. Εἰ διὰ τὸν
Ιανόλ δικύριον ἐλεγεν. ἐπιτρέψῃ πεδός μὲ ἔξ ὅλης
καρδίας ὑμῶν ἔνηγεται Εἰκλαυθμῶ, Εἰ σκοπετῶ. Εἰ-
ξαρ-

εζαρίξετε τὰς καρδίας ὑμῶν, Καὶ μὴ τὰὶ μάκηι νῦν ὄπις ἐλεήμων γέρε. Κοικτείρων ἐστὸν κύριον, Καὶ μεταναῶν ὡφῆ ταῖς κακίαις. Καὶ ἡ χριστὸφιλοῦ Παῦλοῦ αὐτόσυλον οὐκέτις Εὐφεστοῖς χραῖθων λέγει. Στὴν ἐστὶν ἡμῖν ἡ τάλη πεδὸς ἀμάρτια. Καὶ σύρκα, αἰλαὶ πεποταὶ τὰς ἀρχὰς, πεδὸς τὰς ἔξοσίας, πεδὸς τοῦ κοσμοκυράτρας τῷ σκότῳ τοῦ αἵματος τάττε, πεδὸς τὰς πνοματικὰ τῆς πονηρίας ἐν τοῖς ἐπαγγελίαις. Καὶ μὴ μὴ λέγει ὁ μακάρος Φίλος τῶν αἰτοσόλων αρχὸς ὁ Πετροῦ. ἀδελφοί, νήψεθε καὶ γενησορίσατε, ὅπις πιδίκοῦ ὑμῶν διάβολον, ως λέων ὁρούμενον περιπατεῖ ζητῶν θίνα καταπίη. οὐδὲν πιτίτε εἰνπίσει. καὶ κύριον ὑμῶν ἴησος χριστὸν ἐν τῷ αγίῳ διαγγελίᾳ εἶπεν, γενησορεῖτε, καὶ πεσθεῖτε χεισθεῖν αὐτὸν εἰσέλθητε εἰς παιρεσμόν. Οὐ μὴ γὰρ ποιῶν ὁ χριστὸφιλοῦ Παῦλοῦ αὐτὸν αἴτιον αὐτοσύλον, οὐδὲ Φησὶ ἐγγένει, οὐδὲ ἐν ἑμοὶ ὁ χριστὸν, οὐ νιᾶς ζῶ ἐν σύρκῃ, τῇ πίσει γὰρ τοῦ θεοῦ τοῦ ιησούσαντος με, Καὶ αὐτοῦ δότοντος εἰς αὐτὸν ὑπερέμει ἴησος χριστὸς διλόγητος εἰς αἶνα.

Magna vero nobisò amice puritate & sanctitate opus est, si vera sapientia fructus cum beatissimis Christi apostolis in eterna cupimus felicitate obtinere. Dicit enim rursus in quadam epistola S. Christophilus, Pacem sequamini cum omnibus & sanctimoniam sine qua nemo videbit Deum. In Levitico etiam dixit ad Mosen, Dominus, Loquere ad omnem cætum filiorum Israël, & dices ad eos, Sancti estote, quia ego sanctus sum dominus Deus

vester quid autem sanctas esse putanda sit, Dionysius Ariopagites in 12. de divinis nominibus. cap. non tacuit, sancticas inquietus est, ut secundum nos loquamur, omnis celere libera perfectaque, & peritius inconquinata mundicia. Deus noster sanctus est, nos autem peccatores & immundi. Cum ergo inter dissimilia non fiat unio, quomodo inter Deum & nos concordia fiet? Audiamus divinum doctorem sanctum Augustinum. Nullus, inquit, sanctus & iustus caret peccato, nec tamen ex hoc desinit esse iustus vel sanctus, cum affectu teneat sanctitatem. Dicit enim scriptura. Septies in die cadit iustus & resurget, impi autem corruent in malum. Si cadit, inquit Hieronymus, quomodo iustus? Si iustus quomodo cadit? Sed iusti vocabulum non amittit, qui per paenitentiam semper resurgit. Et non solum septies, sed etiam septuages septies delinquenti, si convertatur ad paenitentiam, peccata donantur. Et quamvis nemofiat sanctus viribus suis, cum non sit volentis neque currentis sed miserentis Dei, voluntas tamen nostra bona ad nostram sanctificationem necessario requiritur, ut Dei gratia in nobis sanctitatem operetur. Quoniam quidem sicuti neque sine muliere vir, neque sine viro mulier ex se hominem procreat: ita nec voluntas hominis bona sine gratia Dei, nec sine voluntate ipsius hominis bona divina misericordia quemquam sanctificat. Liberum arbitrium donavit homini Deus, quo habeat voluntatem in sua potestate, non

ut

ut bonum à se possit quod vult , sed ut velit quod posse donaverit ipse. Unde & sacer Christophilus dixit , Velle mihi adjacer , perficere autem non invenio. Cur hoc ô divinorum sancte speculator , cum nihil adeo bone sufficiat voluntati sicut ipsa sibi ? Sed non est inquit volentis neque currentis , sed misserentis Dei. Hanc Pauli sententiam multi carna- liter sapientes non sanè intelligunt , propter hoc vel maxime quod subiuxit , Ergo cui vult miseretur , & quem vult indurat . Carnalibus nimium circuncincti ad faciem cordis vel amnibus turbantur , & plerunque de miseratione Dei clementissimi desperare videntur , quasi divina voluntas nostra sit causa damnationis , & non potius ipsa voluntas nostra propria , quam illi conformare contempsimus. Quem enim indurat Deus , propria voluntatis aversa demerito indurat : & quem salvat utique propria voluntatis conversa bonitate salvat. Tua voluntatis est currere , Dei bonitatis est salvare. Non salvabit te gratia , si tua voluntas fuerit pessima. Impossibile namque est bonum non salvari voluntatem. Sed & ipsa donum Dei est , quoniam nec velle bonum nec perficere sine gratia Dei possumus. Deus autem benedictus qui vult omnes homines salvos fieri ; misereri nobis ; & dare gratiam semper quidem paratus est , mens vero nostra carnis nimis delectata commercio , quoties in peccatum avertitur a summo bono prolabitur , toties nubem reatus inter-

ponit, quia gratiam misericordis Dei 'alioquin semper
prompta, in ea minimè operatur. Enim vero quem-
admodum ad solem conversus luna globus illius splé-
dore luminosus ac lucidus efficitur, & quanto plus
appropinqua verit directæ oppositioni, tanto magis
illustratur. Quod si et ræ corporis intervenerit, eclipsi-
sime mox luna patitur, & in evolutionib. obfuscatur.
Sic mens nostra ad Deum per voluntatem bonam
& interni desiderium amoris cogversa pulcherrimis
atque dulcissimis gratiarum illustrationibus per-
funditur, & in sancto speculationis acumine miri-
ficè roboratur. Mox verò ut peccati nubes inter-
cesserit, se lumen illud indeficiens abscondit. Preoc-
cupatum namque secularibus sive carnalibus desi-
deriis animum, Dei gratia nequaquam illuminat.
Nequè misceri peterunt vanaveris, aeterna caducis,
spiritualia carnalibus, imam summis, impura san-
ctissimis coelestia terrenis, ut pariter mens sapiat
que sursum, & quæ super terram. Vale Capellerie,
scientis que insuda salutaribus, quarum fructus in
cœlo promittitur, & finis nulli unquam fini obnoxii-
sus habetur. Iterumque vale. Ex Colonia

18. die mensis Julii. Anno

M.D.V.

JOAN-

JOANNES TRITHE-
MIUS ABBAS SPANHEYMEN-
sis Libanio suo præceptoris uni-
co salutem.

LIteras tuas dulcissimas, præceptorum optime,
decima quarta die mensis Julij apud Coloniam
Agrippinam, ubi conventus celebratur Ale-
maniae Principum, Regenostro presente, accepi, legi,
& intellexi. Sequar consilium quod dedisti, tametsi
gravissimum futurum sit murus inter nostros,
quorum in me lingua bacchabitur. Melantius.
totum cum suis in nos malum fuscitavit, quem non
dubitamus casurum in foveam quam paravit. Pa-
ria nobis consuluit tuis noster Astrophilus dictis, nec
in uno quidem deflexit sententia. Vocavit me Prin-
ceps Marchio Coloniam, & obtinuit ut cum eo
vadam, ad tempus mansurus in Marchia. Tua
custodiam non modo præcepta, sed & consilia pro
viribus ipsa. Bobus & capris foenum subtraxi, &
magnum cum simiis bellum, sed haetenus victor e-
vasi. Magno tui desiderio fervet Joachim Brande-
burgensium Marchio, Princeps æterna memoria
dignus, juvenis annorum unius & viginti, peritus
lingua Latina, & studiosissimus vera sapientia ama-
tor. O si unquam fieri posset, ut te coram videre &
alloqui mereretur. Humanissimus est Princeps, &

VII 5

qui discere non solum non erubescit, sed & maximè
cupit. Vellem ad eum scriberes quod primum, à no-
bis argumentum sumens, mitteres q; aliquid ex offi-
cina Pelagi. Ita vel. magas, quatenus uter nostrum
exierit prior, qui remansit alterius sui heres esto.
Consolationibus tuis fortior mens facta est tibi q; vi-
cem reclinat libens quam debet. Orā mecum, precor
ad Deum, ut quod volumus, maximeq; velle debe-
mus, nobis ille concedat. Scribo sapienti & Deo di-
lecto sacerdoti, qui nos juvare potest precibus & vo-
tis, ut mens reformatur inversa, sit unum in amore
& cognitione unius summī boni, Patris, & Filii, &
Spiritus sancti, gratiam affectu principi a quo
multitudine labitur, unitate ad ipsum reformatur.
Utinam q; præceptorum omnium post Deum fidelis-
sime, vel nāc tandem fieri posset quod optavimus sa-
pè, quo nobis veros & sanctos liceret imitari sapie-
res, qui per abstractionem sibi veraciter uneam
cum ardentissimo amoris desiderio in Deum salutis
tramitem tenuerunt. Quid nobis ex mundo, qui
hinc velociter migraturi sumus? Ecce quam mihi
amatores mundi mercedem tribuere, qui Deo ser-
vire prælatus agonachorum sine mundo non potui.
Nihil unquam, ut nosti, quæsvi mundanū, nihil ama-
vi terram, omnes mundi voluptates fugi atq; despe-
xi, & persecutionē ab hominib. sustinui gratis sine
demerito, sine causa, sine culpa. Deus autē omnipo-
tens cui foli placere cupio, hanc super me tribulatio-
nem nec iniuste nec sine causa permisit, cuius boni-
sati

tati gratias ago, quia in veritate cognovi hanc et
mulorum adversum me iniuriam non parum mihi
prodeesse. Accipio quod meum est cum patientia,
quantum intulserit Dominus Jesus: ipsi qui non
merenti coram hominibus intulere contumeliam,
viderint quo zelo ad inferendam fuerint inducti.
Non moveor iniuria mihi facta, dum videor me-
cum: sed cum tranquillitate mentis dicere possum:
Conscia mens recti, famæ mendacia spernit, sciens
verum, quod illi in vitium credula turba sient.
Nihil de me dubites amantissime præceptor, fa-
ciam pro viribus quod Christi decet amatorem
atq; discipulum, feramq; mente tranquilla quæ no-
bis ferenda proposuit. Quid ni ferrem patienter qui
& Christianus sum & Monachus, magne non igna-
rus mercedis? Tu pro me ora ac vale. Hac scripsi
ex civitate Neometensi vicesima die mensis Au-
gusti, & per Narciscum Medicum Parisios in do-
mum Caroli Bovilli de Sancto Quintino diuini
Theologi, quem nosti, amici nostri, tibi praesentanda
ordinavi, nec dubito quin fideliter ad te perfe-
rentur. Iterum vale. Anno
Christi M.D.V.

REVE-

REVERENDISSIMO IN
CHRISTO PATRI THEODORI-
co Episcopo Lubecensi Joannes
Trithemius salu-
tem.

Jamblicus Academicorum sacerdos manus Se-
renissimi Principis nostri ades meas introductus
tu nomine salutavit. Latus admissi philosophi
nostris institutis nonnuquam se ingerenter, quem
dum lego unacum Proculo suo conphilosopho, profun-
diusq; intueror, non eos sed Ariopagitam Dionysium
me legere plerumq; invenio. Et hoc mihi factum mo-
re veterum placet, quippe qui potare de riuolo in-
terea sum contentus, donec ad fontis mihi scaturigi-
nem purissimi liceat pervenire. Gratiashabo tua
humanitati doctissime praful, qui me non au-
dentem petere tantis hospitibus honorasti. Utar co-
cum lectione tempore modico, faciamq; mox tuta re-
petant scrinia. Vitam Apollini Tbranei quodam
enchoridio impressam ex Colonia Agrippina mecum
nuper attuli, cuius inire judicium occupationes me
principis hac vice non permittunt. Vere oratione pre-
cipitem dare sententiam, properea vel maxime,
quod Divus Hieronymus in proœmio bibliotheca
sacra non sine laudibus videtur introduxisse Apol-
lonium. Examinanda sunt prius à me singula quam-
primum

primum per otium licuerit, postea meam sine cuius
quam prauidicio dicam sententiam. Vale praelatum
decus, & me dediticium habeo commendatum. Ex
Colonia juxta Sprevum & Ursulum ultima die
mensis Octobris. Anno Domini M.D.V.

IOANNES TRITH-
MIUS ABBAS MONASTERII S.
Jacobi in suburbio civitatis Herbipolensis Jo-
anni Virdungo de Hasfurt Mathe-
matico doctissimo
salutem.

Exhibuit mihi literas tuas Henricus Gronige-
rus Reverendissimi Praefulsi nostri à secretis,
quibus plane cognovi causam meam petitoriam a-
pud Illustrissimum Principem Philippum Comitem
Palatinum per te fuisse promotam. Quare tibi gra-
tias habeo quam maximas, referamq; pro viribus
quoties mihi dabitis occasio. De libris verò Princi-
pis faciam juxta consilium tuum, quamvis timeant
nemora inducat periculum, quoniam homines sunt
vigilantia ut plurimum carentes, qui parvam rebus
etiam arduis adhibeant curam. Librum verò tuum
quem mihi commodasti manibus commisscriptoris,
qui mox ut fuerit rescriptus, ad te sine mora rever-
etur. Libros autem Berengarij meos, quos apud te
Budoris dimiseram rescribendos, cum perfeceris ad
me

me ut redeant jubeto. Homo ille de quo mihi scripsisti, Georgius Sabellicus, qui se principem necromanticorum ausus est nominare, gyro vagus, battologus, & circumcellio est, dignus qui verberibus castigetur, ne temere deinceps tam nefanda, & Ecclesiae sancte contraria publice audeat profiteri. Quid enim sunt aliud tituli quos sibi assumit, nisi stultissima ac vesanæ mentis indicia, qui se fatuum non philosophum ostendit? Sic enim titulum sibi convenientem formavit & Magister Georgius Sabellicus, Faustus junior, fons necromanticorum, astrologus, magus secundus, chiromanticus, agromanticus, pyromanticus, in hydra arte secundus. Videst ultam hominis temeritatem, quam feratur insaniam, ut se fontem necromantiae profiteri presumat, qui vere omnium bonarum literarum ignarus fatuum se potius appellare debuisse quam magistrum. Sed me non latet eiusnequitia. Cum ayno priore de Marchia Brandenburgensi redirem, hunc ipsum hominem apud Geilenhusem oppidum inveni, de quo mihi plura dicebantur in hospitio frivola ne p sine magna eius temeritate ab eo promissa. Qui mox ut me adesse audiuit, fugit de hospitio, & a nullo poterat persuaderi, quod se meis presentaret aspectibus. Titulum stultissimæ sue qualem dedit ad te quem memoravimus, per quendam cruem ad me quoq; destinavit. Referabant mihi quidam in oppido sacerdotes, quod multorū præsentia dixerit, tantam se omnis sapientia consecutum scientiam atq; memoriam, ut si

luminis

lumina Platonis & Aristotelis omnia cum tota eorum philosophia in toto perisset ab hominum memoria, ipse suo ingenio velut *Ezras* alter *Hebreus*, restituere universa cum præstantiore valereret elegatia. Postea me Neometi existente *Herbipoli* venit, eademque vanitate actus in plurimorum fertur dixisse præsentia, quod Christi Salvatoris miracula non sint miranda, se quoque omnia facere posse quae Christus fecit quoties & quandocumq_z velit. In ultima quoq_z huins anni quadragesima venit *Stauronesum*, & simili stulticie glorioſus de se pollicebatur ingentia, dicens se in *Alchymia omnium* qui fuerint unquam esse perfectissimum, & scire atq_z posse quicquid homines optaverint. Vacabat interea munus docendi scholasticum in oppido memorato, ad quod Francisci ab Sickingen Balivi principis tui, hominis mysticarū rerum percupidi promotione fuit assumpitus, qui mox nefandissimo formationis genere cum pueris videlicet voluptari cœpit, quo statim deducta in lucem fuga pœnam declinavit paratam. Haec sunt quemibi certissimo constant testimonio de homine illo, quem tanto venturum esse desiderio præstolaris. Cum venerit ad te, non philosophum, sed hominem fatuum & nimia temeritate agitatum inveneries. Vale, mei memor cum opportunitate principali. Ex *Herbipoli* vicesima die mensis Augosti, Anno Christianorum M.D.VII.

JOAN-

IOANNES TRITHEMIUS ABBAS D. JACOBI HERBIPOLENSIS, Rogerio Sycambro salutem & charitatem.

Epistolam tuam prima die mensis Augusti ad me datam Rogeri charissime, suscepis sexta die eiusdem mensis, in qua iterum atque iterum postulas, ut tibi titulos & rationem omnium lucubrationum transmittam, quod itidem & te prius rogasse, & me promissione pollicitum non ignoro. Faciam nunc itaque quod hortaris, pinacemq; editionum mearum per ordinem temporis quo sunt factae tibi designabo.

In primis cum esset annorum trium & viginti, comportavi ex scriptis doctorum summulam virtutum in duobus libris, quam necdum in lucem edere potui. Hoc opus sic incipit, *Magna virtus animæ est virtutem amare.*

Ad instantiam quoq; Joannis Damii Curtensij, nunc praepositi sanctorum monialium in Noviburgo prope Budorim, tunc Monasti & Capellani mei, scripsi de tentationibus Monachorum libros duos, qui & ipsi necdum sunt emissi. Hoc opus sic incipit, *Humanum genus.*

Ad instantiam denique Nicolai Stauronesij, tunc Prioris mei claustralis in Spanheym, scripsi su-

per

per regulam Sancti Patris nostri Benedicti libros duos, quod sic incipit, *Venite filij audite me, timorem Domini docebo.*

Ad positionem quoq^z memorati Joannis Damii scripsi duos libros exhortationum ad monachos, qui & ipsi delitescunt. Hoc opus sic incipit, *Militia convenit Christiane.*

Ad instantiam cuiusdam amici librum scripsi unum de miseria vita presentis, in quo legentis animum ad mundi contemptum inducere conatus sum. Hoc opus dudum fuit impressum, & incipit, *Cum nihil sit vita, &c.*

Contra vitium proprietatis monachorum atque claustralium scripsi librum unum ad instantiam cuiusdam monachi in Blidenstat, qui est impressus Moguntia ante plures annos. Hoc opus sic incipit, *Omnes ad vitam, &c.*

Chronicon quoque monasterij tunc mei Spanheimensis, à tempore fundationis sua usque ad annos Christianorum millesimum quingentesimum secundum cum magnis labore conscripsi, in quo successiones, tempora, & gesta omnium Abbatum eius à primo usque ad me, quantum invenire potui diligenter, ordinavi, magnum volumen conficiens historiarum, in quo singulis annis multa per digressiones inserui rerum memoratu in Alemanniadignarum. Hoc opus sic incipit, *Anno Domini.*

De modo & forma visitationis claustralium scripsi librum, qui Nurenberga dudum iussu Patrum

De modo etiam & forma celebrandi synodum ordinis Provincialē scripsi librum unum iussu & imperio Patrum, qui præscripto coimpressus est, incipit, Quoniam in celebrand.

Statura quoque capitulorum provincialium à tempore Concilij Constantiensis usque ad capitulum in Hirssavia celebratum, mandato Patrum abbreviando in unum librum comportavi, qui duobus præscriptis Nurenbergæ compressus est, & incipit sic, Quoniam volenti singula ord. stat.

Statuta etiam annalis capituli Patrum de observantia, eorum iussu in unum librum oratione stylo abbreviando redigi, qui Colonia habetur in Cœnobio Sancti Martini, & in Spanheim habetur, & incipit sic, *Reverendis in Christo.*

Ad instantiam Joannis Abbatis Bursfeldensis modum & formam descripti annale capitulo celebrandi, quod opus priusquam perficerem ille obiit, & libellus in Spanheim cum aliis remansit. Incipit autem sic, *Reverendo Patri Domino Joanni.*

Ad preces Blasij Abbatis Hirssaviensis chronicon eiusdem Cœnobij scribere adorsus maiorem partem complevi, sed illo mortuo editione intermis, incertus qua mercede successor eius laborem recompensare futurus sit.

Ad eiusdem Abbatis Blasij preces scripsi librum unum de rima ordinis nostri, quem nūdixi, id est, lugubrem,

Eugenibrem, prenotavi. Hoc opus Moguntiae impressum est, ex mandato Patrum ad mensam provinciali capitulo semper legi consuevit. Incipit autem, Cum ordinis nostri pristinum decorem.

Ad instantiam Getlaci de Breybach Abbatis Tuitiensis prope Coloniam, scripsi de laude scriptorum librum unum, qui est Moguntiae impressus, & incipit, Venerabili patri Domino, &c.

Ad preces quorundam patrum de ordine Carmelitarum scripsi libros duos, in quorum primo, principium, incrementum, & laudes eiusdem ordinis digessi. In secundo illustres viros qui in eo clauerunt consignavi. Hoc opus Moguntiae impressum est, & incipit, Precibus & instantia vene. &c.

De laudibus quoq; Sancte Anne matris intacte atq; castissime virginis Mariae Dei generis scripsi librum unum ad preces Rumoldi Prioris Francofordensis memoratis ordinis, qui est impressus, & incipit, Votis compellit necessitas.

Ad preces cuiusdam Novelli sacerdotis Nicolas Mernicensis, apud Grunes quodam conscholarie mei scripsi de institutione vita sacerdotalis librum unum, qui est impressus, & incipit sic, Petis à me Nicolae frater charissime.

Ad Joannem Camerarium Dalbergium Vangionum eruditissimum antistitem librum scripsi de ecclesiasticis scriptoribus prenotatum, qui Basilea

Jo. TRITHEMII
fuit impressus, sic incipit post epistolam. Multorum
instantia sep̄e rogatus.

Ad preces Jacobi Wimpelingi Slesvattensis,
Poeta, Oratoris, atque Theologi clarissimi opusculum
scripsi de illustribus Germanie scriptoribus,
quod prenotavi: Catalogum luminarium Germanie.
Hoc opus Moguntiae impressum sic incipit,
Quoniam sunt nonnulli Jacobē.

De viris quoque illustribus ordinis nostri scripsi
libros quatuor, quā nec dum in lucem prodierant,
quorū primus loquitur de principio & incremento
et ipsius ordinis in genere. Secundus vero catalogus
est Sanctorum ex ordine ipso canonizatorum. Ter-
tius Romanos continet pontifices ex ipso assumptos.
Et quartus viros ordinis exprimit insignes, qui non
minus Ecclesiam catholicam quām ordinem ipsum
scriptis & lucubrationibus suis magnifice ornarunt.
Hoc opus sic incipit, Cogitanti mihi ac crebrius.

Ad fratrem Albertum Latronem, ordinis Mi-
norum, scripsi de computo Ecclesiastico librum u-
num, qui non est adhuc deductus in publicum. In-
cipit autem Joannes Trithemius Abbas, &c.

Ad imperium patrum ordinis mei de observan-
tia nostra, quæ Bursfeldensis à loco sue originis dicta
est, scripsi arduum opus de triplici regione claustra-
lium, occasione accepta, ex quibus synthematibus
prologo fit mentio. Sunt autem tres libri, quorum
primus regionem describit claustralium incipien-
tiū, secundus proficiētiū, tertius perfectiorum.

Hoc

Hoc opus Moguntiae impressum est, & post epistolam meam ad præsidentes sic incipit, Cum vita monastica statum.

Ad preces quoq^z cuiusdam amici, prefato trium regionum claustrorum operi adiunxi post finem, spirituale exercitium monachorum librum unum, qui similiter eum illo est impressus, & incipit sic: Quoniam opusculum de triplici reg.

Rursus de ipso monachorum exercitio unum epitoma ad eiusdem amici petitionem extraxi, quod cum præscriptis similiter est impressum, & sic incipit: Et si formula spiritualis:

Magnum post hac & nimis arduum opus Steganographia mirabilis adventionis in octo libros partiendum scribere sum adorsus, cuius primum quidem librum & secundum ad finem usque perduxer, tertium vero mancum & reliquos omnes dimisi usque in hanc diem animo sepultos, multipli consideratione persuasus, cum & labor sit magnus, & forsitan retributio parva. Maneat ergo imperfectum, sicut jacet, donec alius persuadeat utilitas. Hoc opus sic incipit: Antiquissimos sapientes, quos Graeco sermone philosophos,

Ad preces Udalrici Estringensis Theologi, Coloniensisq^z maioris Ecclesie Canonici, de certis dubiis & questionibus in Evangelio narrata Joannem scripsi ad textum Gracum libellum, qui non estimpressus, & incipit, Crbris amicorum.

*Ad eundem alium scripsi libellum de quibusdam
in Psalterio dubiis ad exemplaria Gracorum, quo-
rum brevem feci absolutionem. Incipit autem: Cum
nuper ad Coloniam.*

*De sanctissima quoque matre Anna Rosarium
quinquaginta distinctum articulis ordinavi, pro
mea in eam de votione, simul & horarias preces, qua-
cum appellare consuevimus, officium missae cum
sequentia. Exultent in hac die, & alia quae incipit:
Iesu colorum regis sanctam laudemus.*

*Ad preces Macarij Abbatis Limpurgensis scri-
psi de miseria pralatorum Claustralium libros duos,
qui necdum in lucem sunt editi, sed in Spanheim
manerunt. Hoc opus sic incipit: Ut de miseria pre-
latorum claustralium, &c.*

*Orationes in capitulis ordinis & extrahabitas,
plures scripti numero quam viginti, quorum aliqua
Moguntiae fuerunt impressa, alia verò per amicos
dispersae sunt.*

*Rosaria quoque multa de diversis sanctis, Petro,
Paulo, Maria Magdalena, & aliis, collectas, prosas
sive sequentias, orationesq; supplicatorias sine certo
numero complures, ad instantiam devotorum boni-
num scripsi, quorum omnium exemplaria non reti-
nui. Complura etiam parva scripsi opuscula, quo-
rum hac vice titulos omnium ad memoriam ne queo
revocare. Ex his nonnulla in lucem edita, jam dudum
prodierunt, & alia vero in Spanheim necdum satis
elucubrata*

elucubrata dimisi, in posterum forsan perficienda.

De origine & progressu Ducum Bavarie historiam quoque scripsi jubente Serenissimo Principe Domino Philippo Comite Rheni Palatino, cuius exordium operis à memoria lapsum est,

Epistolas vero ad amicos scripsi multas, quarum paucas in unum librum coadunavi, illas videlicet quas in principio Abbatia mea Spanbeymensis emiseram. Relique autem absque ordine jacente adhuc in schedulis disperse, quas si potero in unum volumen aliquo tempore comportare curabo.

Hac sunt synthemata mea Rogeri amantissime Sycamber, quae in Abbatia Spanbeymensi me scripsisse ad praesens memini, inter occupationes rei familiaris continuas, & creberrimas ut nosti in ordine meo visitationes, ab anno Christianorum millesimo quadragesimo octuagesimoque tertio, die mensis Julij vicesima nona, quando in Abbatem fui electus Spanbeymensis, usque ad annum millesimum quingentesimum quintum, primam videlicet diem mensis Aprilis, quando de Spanbeym ultimo exivi non amplius reversus. A tempore vero exitus mei de Spanbeym usque ad introitum meum in hanc Divi Jacobi Abbatiam, fluxerunt menses decem & octo, dies quindecim, in quibus parum scribere potui, praeter quasdam epistolulas familiares quas in unum librum hic postea redigi. Novem vero mensibus,

quibus interea cum serenissimo Principe Joachim, Electore in Marchia Brandenburgium manseram, quod te non latet, minime fui oculos, sed quaedam ad eius imperium lucubravi opuscula, quorum aliqua complevi, reliqua imperfecta dimisi. Nam complurum historias abbreviavisi sanctorum ad eiusdem Principis instantiam, quorum devotione per amplius feruebat, multasque & varias orationes de eisdem supplicatorias in uno volumine comportavi quod sic incipit: *Magnum & arduum opus tui amore Princeps, &c.*

Eodem quoque tempore in Marchia constitutus jubente memorato Principe scripsi de variis atque diversis materiis & rebus antiquitatum ex disputatione quotidiana emergentibus libros 14. in uno volumine, quod opus prenotavi Panalethiam, cuius prologus primus sic incipit, *Multa sunt preceptor magne, &c.*

Aliud etiam opus Hieraticum scripsi ad eundem Principem pro diversis morbis propellendis necessarium, in quatuor & triginta particulas divisum, cuius primus prologus sic incipit: *Ea que tua maiestati scriptarus aggredior, &c.*

Prescripta tria volumina complevi ad finem, reliquorum vero, que necdum perfecti, titulos hic dicere nemo compellit.

Hec

Hac sunt Roger: charissime, quæ Abbas Spanheymensis in tribus & viginti annis lucubravi, opuscula, quæ vero sequuntur, postea scripsi. Abbas Monasterii sancti Iacobi Apostoli in suburbano Herbinopolensi, qui nunc presum in dignus, tanto literarum int̄iori vacas liberius, quanto propter inopiare itēporalis minus sum in extēni occupatus. Sciens enim locum esse pauperem & quietum, eō assumpsi libentius, quo me posse vacare studio scripturarum liberius sperabam: scis enim, quid plures magnas Abbacias, & pingues mihi à Principibus oblatas, amore quietis & scripturarum contempsi. Hanc autem, cum mihi fuisse oblate, meo confidens amplius convenire proposito, sciens pauperculam assumpt̄, in qua necdum integrum complevi annum, unde & pauca lucubravi.

In primis scripsilibrum unum in laudes sanctissimi Joseph nutrici Domini & Salvatoris nostri Iesu Christi, cui adjunxi Rosarium quinquaginta articulorum ex preconis meritorum eius. Officium quoque cum orationibus, & prosa, quam Sequentiam appellant. Hoc opus sic incipit: Magno sape desiderio statui satisfacere & devotionis proprie-

Post bēc scripsi ad Jacobum Tritemium fratrem Epistolarum mearum familiariam libros duos, quorum primus continet quasdam epistolæ numero sexaginta sex, quas scripsi ad diversos per totum illud tempus, quo de Monasterio Spanheymensi exiui, usque ad introitum meum in hunc locum. Se-

cundus vero continet epistolas similiter sexaginta, quas hoc anno Abbatia huius primo scripsi ad diversos. Hoc opus sic incipit: Opportune satis admonuisti suavissime, &c.

Scripsi præterea hoc ipso anno magnum et abrui-
viosum opus in sex libros partiales divisum, quod
prenotavi graca dictione pollographiam, quod lati-
ne sonat multam scripturam: docet enim miranda
subtilitate naturali, multos immo infinitos scribendi
modos, et nuntiandi secretissime tutissimeque ad
sine aliqua suspicione universaliter in omni lingua
totius mundi quocunque fuerit nuntiandum vel
scribendum. Hoc opus sic incipit: Legimus complures
veterum sapientes, &c. Sed notandum Rogeri,
quod hoc opus habere neminem aquæ decet ac Princeps
magnos atque potentes, per quod secretissima
negotia sua nuntiare possint absentibus sine timore,
ita quod arcanum eorum totius mundus non pos-
sit inventire absque huins libri scientia, que facile
discitur habitu voluntate, et singulare in memoria
retinetur. Propterea statui hoc opus quidam offerre
Principi, cuius sapientia et virtus omne bonum
meretur.

Contra perniciosum quoque Simoniacæ ac proprietas
claustralium morbum et vitium maxime
Monialium, ad propositam mihi questionem re-
spondendo scripsil: brum unum, qui sic incipit; EST
Canobium quoddam Monialium, &c.

Hec etiam sunt Rogeri, que præsenti anno in hac
sancti

santi Jacobi Abbatia constitutus lugubravi, quorum scire titulos & seriem roties desiderasti. In manib[us] adhuc quedam versantur imperfecta, quorū titulos & prenotationes te scire faciam, cum ad calcem edita fuerint.

Decrevi autem in posterum, si voluerit Altissimus, uti potest omnia solus, opus lucubrare meorum omnia n maximum, quod libris duodecim foret distingueendum, quorum materia erit de demonibus artibusque profanis & maleficiis corundē, quibus humanum genus misere decipiunt: estque mihi animus omnes superstitiones demonum artes & hominum præviribus explodere, confutare, & quam sint vanissima, perniciose ac detestande multipliciter expropriis stultorum, qui eas tradiderunt, libris demonstrare: videtur enim mihi necessarium opus his maxime temporibus, in quibus homines nimium sunt curiosi, docti videlicet nonnullis imitent & indocti, ea perquirentes, que melius noscirent. Laboris tamen ardui magnitudine non mediocriter deterritus ad tempus differre intentionem hanc meam utile putavi, quo interim successivè materia in unum pro tanto necessaria opere comportetur. Haec sunt, quæ tibi ad literas tuas iudicio meo rescribenda fuerant. Si qua vero post hac in lucem edidera, non inter ultimos scies. Vale nostrim memor ad Deum, Ex Heripoli ultimæ die Augusti. Anno. Christianorum M.D.VII.

JOAN-

IOANNES TRITEMPVS
ABBAS DIVI JACOBI HER-
biopolis magistrorum Libanio Gallo præceptoris suo
doctissimo salutem. & perpetuam
in Domino charita-
tem.

Nescio Libani quid mali nobis intulerit for-
tuna, quidve invaderit boni, ut cum natura
simul & gratia nos mente & spiritu fecerit
unanimes, illa tanto locorum intervalllo voluerit ab
invicem corporibus esse distantes: unde fit, quod u-
terque vehementer dolemus, neq; verbis quidem, ne-
quocliteris mutatis, nisi post menses & annos plerum-
que plures, nos posse consolari, & interdum ne hoc i-
psum quidem propter rarum qui literas perferant
nostras, referantq; occursum. Accepi nuper in fine
mensis Septembris literas, quas ad me cuidam mer-
catori Francordiam posituro, in Hispania vicesima
quarta die mensis Junii, ut apparuit, tradidisti, or-
natas simul & multis philosophiae nostra mysteriis
plenas, in quarum lectione sepius & iterum repeti-
ta, usque adeo miratus & letatus sum, ut penè mihi
viderer ex irame factus, nec esse in Francia tecum,
sed in Hispania, vel in Majorica tecum. Erunt mi-
hi litterae hæc tuae quoad vixero memoriale sempiter-
num, & in unicum post Dominum nostrum Iesum
Christum repositæ configuum, per quas in
adversis

adversis constantiam, in ambiguis experiar veritatem. Magnis mirandisque in philosophia scient arcanis, quæ meo iudicio nullius capiet mortalibus intellectus, qui tuo prius non fuerit magisterio imbuitus. Cellam te brevi proponis intrare magistri, quem imitari moribus sanctis tempore parvo in terris, te perpetuo nunquam pudebit in celis. Sed interea praeceptor discipulum cui imbuendum commendas, si pro Christi amore tu eremus, ille inhabitat mundum? O Libani animæ dimidium meæ, me precanzom, si possibile fuerit, exaudi, ut priusquam tuum hac in re nimis ardua exequaris propositum, fidelem in se fideliissimum tibi accedas Melanium, cui sapientissimus archicones jugiter adest Theophilus, qui forsitan sua prudentia Pelagium tibi novum ex marte heho suscitabit. Majoricam siccine Libani abibis confusione exponens Thrandicum, mœrori quoque Megalopium, quorum alter promisit, alter jam diu anhelus præstolatur adventum? Quid veliam intelligis, fac ut amorem in nostrum fortissimum etiam nunc experiamur valentiores. Libros divi Pelagii cœlestis doctrinæ, quos Melanio internuntiante postulavimus à te, jam nos confitemur adeptos, pro quibus tibi gratias agimus, & juxta placitum fideliter remittimus. Mearum cupidererum Libani, vivo hic tanto liberior mihi, quanto mundi pauperioribus, ternarium pro viribus ad unitatē reducens, mentemque restituens sibi, quo purior intellectus ad metas evadat principii jure propositas.

Est

Est mihi contentio interdius cum Melantianis, qui binarii partem subvertere conantur, aliquantoque tempore non jure, sed violencia quadam septimam sub aequinoctiali portionem agelli possederunt. No sterile pigmentarius suomore in orbe rotatur, parum stabilis loco, qui quories ad nos revertitur, novos semper auribus ingerit ventos. Mare Deo Opt. Max. largiente tranquillum agnoscito, quamdiu placuerit illi, qui omnia dedit, quo nobis feliciter navigandum, hoc solum triste habentibus, quod tempestate transfacta, incommodorum meminisse pudet. Archicomitem Melanii praceptorem vigilantissem, si quo tempore vicinorem tibi intellexeris, non prætereas velim, ut post amantissimum tui, & qui communis in Christo sit multorum amicus, crebroq; beneficerit nobis. Dedi has ad te perferendas literas meas cuiusdam mihi ignoto, qui se in Gallia testabatur iturum, cum mandatu, quatenus Carolo Bovillo Theologorum Principi eas apud Parisios philosophanti consignaret, per quem ad tuas tuto pervenirent manus. Tu mihi rescribere cum decreveris per ipsum Bovillum, si aliter nequiveris, mihi & notum & amicum, literas tuas ad me ordinare preferendas. Vale nostri memor ad Deum. Ex Heripolis. Octob. Anno Christianorum M.D.VII.

SERÈ

S E R E N I S S I M O I N V I C T I S S I-
moque Principi & Domino, D. Joachim Bran-
denburgensium Marchioni, Stetinensium Po-
meranorumque Duci, sacri imperii Archica-
meratio, Principi Electori, Joannes Tri-
temius, Abbas & Jacobi Herbi-
polensis salutem,

Serenissime Princeps, tue in primis excellentia
notum facio, me serenitatis humilimum ora-
torem, Deo miserante Opt. Max. sanum & in-
columem, modoque more valentem, ac nihil magis o-
ptantem, quam ut omnia circumstatum tuae Sereni-
tatis, uxoris quoq., filii, ac fratris prospero gerantur
successu. Librum, pro quo in mense Mayo tua sere-
nitas ad me literas dedit, juxta votum scriptori
meo dedi rescribendum, quem mense perfectum Se-
ptembri, quanta mihi fuit possibile venustate ac
pulchritudine, feci operantis ligari, deforisq., mo-
re tuo in superficie deaurari per totum. Volui autem
quantotius ipsum librum tuae destinare majestati,
nec differrem vel pauculos dies, nisi tabellarium,
quem eram missurus, febres detinerent quartana,
qui mox, ut corvaluerit, librum tua Celsitudini
portabit. Cetera vero, quae tua serenitas mihi lucu-
branda commisit, partim jam edidi, partim ad huc
perficienda in manib. versantur usq. diem. Curabo
enim pro viribus, ut protinus in me beneficiis me-
mor

mor & gratus inveniar, quibus et si referre gratias nequeo, habere tamen & agere minime cessabo. Quod vere desideratum volumen cum latore presentium literarum serenitati tua non miserim, factū ratione arbitris oportet: est enim juvenis & pauper scholaris, aliquamdiu famulus mens existens, qui mea cohortatione studium repetiturus, quod intermisserat, Francofordianum illud serenitatis tuae Gymnasium adibit, cui has quidem tradidi literas: librum vero committere periculorum metu no audebam. Spero tamen quod brevi convalescere tabellariorum meo, gratiam letior tuam aditurus sit: Cyphum argenteum intus & foris de auratum, que mihi clementia tua per eundem tabellarium destinavit, cum maxima animi gratitudine me fateor suscepisse, pro quo gratias ago quantas possum & habeo immortales: erit enim mihi serenitatis tua memoriale magnum, & signum benevolentiae tuae in me manifestum. Complevi, Domino adjuvante, polygraphie meae opus in sex partes, sive libros distinctū, quod tuā maiestati constat esse dicatum. Operam dabo, ut sacris conspectibus tuis quantotius exhibeat. Omnipotens Deus celsitudinem tuam, o Princeps inclyte, diu conservet incolumem perpetuoq₃ felicem, cui me humili supplicatione commendō. Ex Heripoli 16. die mensis Octobr. Anno Christianorum

M.D.VII.

F I N I S.

sentium litterarum ferguntur: tamen ratione arbitrio oportet: est enim juvenis
per scholaris aliquamdiu famulus meus co-
qui mea cohortatione studium repetitum
intermisserat, Francofordianum illud cor-
tue Gymnasium adibit, cuius has quidem re-
teras: librum vero committere periculum
audebam. Spero tamen quod brevi cur-
tabellario meo, gratiam letior quam aca-
Cyphum argenteum intus & foris de am-
mibi clementia tua per eundem tabellari-
navit, cum maxima animi gratitudine re-
suscepisse, pro quo gratias ago quantum possum
beo immortales: erit enim mihi seruatum
moriale magnum, & signum benevolentie
manifestum. Complevi, Domino adiuvac-
graphicie mee opus in sex partes, sive libris:
quod tua maiestati confiat esse dicatum:
dabo, ut sacris conspectibus tuis quoniam
beatur. Omnipotens Deus celstorum,
Princeps inclite, diu conservet mecum
in quo felicem, cui me humili supplicare
mendo. Ex Herbipoli 16. duodecim.
Octobr. Anno Christianus

M.D.VII.

F I N I S.



